TYROCI
CHYMIC







Le 9 [illegible], 317 et 318 [illegible].
Collationné [illegible]


IOANNIS BEGUINI
TYROCYNIUM
CHYMICUM,
Edente
Gerardo Blasio. M.D.
AMSTELODAMI
Apud Ægidium Valckenier
et
Casparum Commelinum.


0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

JOANNIS BEGUINI,

Chymici Celeberrimi,


TYROCINIUM CHYMICUM,

COMMENTARIIS ILLUSTRATUM

à

GERARDO BLASIO,

Medico Amstelodamensi.





AMSTELODAMI,

Apud ÆGIDIUM VALKENIER,
&
CASPARUM COMMELINUM.
ANNO CIↃ. IↃC. LIX.

Amplissimo, Prudentissimo, Spectatissimoque Viro,

DOMINO

D^N. JOANNI NYPOORTIO

I. V. D. consultissimo, inclytæque Reipublicæ Ultrajectinæ à Secretis fidelissimo, dignissimo, Mecœnati summo,

S. P. D.

COgitanti mihi *Vir Amplissime*, cui potissimum lucubrationes meas, quas commentarii loco, ad opus vere aureum *Ioannis Beguini*, Tyrocinium puta Chymicum, maximas inter occupationes, conscripsi, dicare possem, illico in mentē Tu, *Vir Præstantissime*, venisti; præter id enim quod ab aliquo jam tempore summa laudandæ humanitatis officia tribueris, & talem *Te* ex-

perior, qui majora etiam tribuere possis. Ut adeo, nisi aliquid, præsertim ubi datur occasio, retribuam, alterutrius maximè insignium, summeq; abominandorum vitiorum, infamiam, merito incurrerem, vel quod benevoli tui animi, *Vir Spectatissime*, minus recordarer, quod à natura consuetudineq; mea alienissimum; vel ea, quæ sperari posset, negligerem, quod quia superbi, abest non modo à fortuna mea, sed & à voluntate plurimum. Leve fateor est quod offero, & virtutibus Tuis neutiquam æquiparandum, sed aliquid splendoris, æstimationisque sibi sumit ab Authore, cujus verba illustrare, minime mutare constitui, plurimum vero à *Te* ipso, qui, & nomine, & re, Christianæ Reipublicæ jubar, litterarum columen, litera-

teratorumq; decus ac præsidium, præter id quod non munusculi exiguitatem, sed potius donantis animum respicere *Te* confido. Authoris nostri, *Amplitudinisque Tuæ* recésére honores, decantare laudes, referre in Rempublicam (ne de meipso specialia adducam) merita, si vellem, & tempus, & charta prius quam materia deficeret, non epistola dedicatoria, sed oratio, liber, volumen ingens inde exurgeret, nec tamen ex debito me omnia exhibere posse, certus mihi persuadeo, tacuisse præstat, quam inconcinno, imperfectoque sermone per se magna illustriaque imminuere.

Accipe *Vir Prudentissime* eo quo datur hoc animo, nec meum publica commoda promovendi ardorem summum sperne. Quod

ſi feceris, à *Te* conſequar, ut ſtudium meum multis probetur, & labores meos haud exiguo compenſatos fructu exiſtimabo. Vale *Vir Magne* in multos annos, incolumis, ſalvus & florens, meamque tenuem operam benignus ea comitate fove, qua me, Tibi nunc majora offerre nequeuntem, amare haud dedignaris.

Amſtelodami, 20. Auguſti. 1659.

AMPL. TUÆ

Obſequio deditiſſimus

GER. BLASIUS. M.D.

Benevole Lector

Qvid novi nova hæc Tyrocinii Chymici Joannis Beguini *editio contineat, ne longo sermone tua tempora consumam, paucis sic habe. Textum ipsum Authoris nominati integrum omnino reliqui, nec quicquam in eo, præter Typothetarum sphalmata, immutavi. Notas duplicis generis tibi exhibeo, alienas, propriasque; Illæ Medicinæ Doctoribus Clarissimis,* D. Jeremiæ Barthio, *& Dn.* IOANNI HARTMANNO *primò debentur; Hæ vero laboratorio meo, virorumque in Chymia excellentium experimentis. Vtrasq; commode distinxi, ne earundem confusio & Lectori confusionem, fastidiumq; crearet, quas enim de meis addidi, lineolâ à textu ipso, notisque veteribus separavi, sic ut omne quicquid infra eam occurrit, mihi debeatur. Notas vero veteres, (quas tamen ut novas, measq; nunc cõsideres volo) quodspectat, licet immediate textũ autoris, ut in aliis exemplaribus, sequantur, eique inserantur, solo Characteris discrimine*

ab eo distincta, (eo enim impressa leguntur, qui vulgo Cursiff *appellatur) mutationem tamen summam sustinuerunt, ut Lectori curioso facile constabit, varia etenim quæ inutilia, falsa, superflua, prolixitate sola notabilia, in iis occurrebant, delevi, iis solùm retentis, quæ maxime ad rem facere, adeoque veritati quam proximè convenire, videbantur; omnia enim quæ vel* Beguinus *ipse adfert, vel Notæ adducunt, examinare, occasio nondum permisit, forsan alio tempore negotium totum clarius declarabitur, ubi omnes quas exhibet operationes coram spectatoribus examinavero, quod efficere quamprimum decrevi, Chymiæ studiosis operam meam domi meæ offerens*

Ger. Blasius.

INDEX CAPITUM
LIBRI I
TYROCINII CHYMICI.

LIBRI II.

LIBRI III.

TYROCINII CHYMICI LIBER I.

CAPUT I.

De definitione Chymiæ.



CHYMIA eſt ars corpora naturalia miſta ſolvendi, & ſoluta coagulandi, ad medicamenta gratiora, ſalubriora, & tutiora concinnanda.

Chymiæ vocabulum Græcum eſt : Latinis idem, quod ars liquorem faciens, aut res ſolidas in liquorem ſolvens : dicta ita κατ' ἐξοχὴν, quod Chymia ſolvere (id quod difficilius) & coagulare doceat. Alchymiam ſi quis nuncuparit, Arabum more præſtantiam ejus; ſi Spagyriam, præcipua officia, σύγκρισιν nempe & διάκρισιν : ſi artem Hermeticam, autorem & antiquitatem; ſi Deſtillatoriam, functionem ejus præclaram & facile principem, inſinuet.

Non diſplicet etiam alia notatio παρὰ τοῦ χυμοῦ, hoc eſt ſucco, vel ſapore, quem arte ſua exugunt Chymici, ſicut natura ex nutrimentis.

Paracelſus & alii Spagyricam vocant, & exponunt artem ſegregatoriam puri ab impuro Forſitan alludunt ad Græcum μαγειρεῖον, quaſi excoctoriam metallorum, & ſuccorum nominaremus. Sed quæcunque ſit tandem artis hujus ἐπωνυμία, vera ejus notitia exercitiumque eſt pulcherrimum.

Cum autem omnes diſciplinæ vulgo ſint vel theoricæ vel practicæ: Chymia non acquieſcens in cognitione & contemplatione corporum myſtorum ut ſcientia Phyſica: ſed finem habens τὸ ἔργ, ſeu πρᾶγμα, magiſterium ſcilicet, tincturas, quintas eſſentias & ſimilia: merito ipſi locus inter practicas diſciplinas & artes conceditur: etiamſi fortè inveniantur, qui theoria ſola contenti, ad jucundiſſimas artis hujus ἐγχειρήσεις vel magiſtris idoneis deſtituti, vel gravioribus aliis negotiis impediti, per accidens ſe non accingant.

Hinc præclarum illud axioma quod omnibus veris Chymiatris ſumme commendabile eſſe debet: Quantum videlicet Experientia in univerſa Alchymia procedit, tantum ratio de ejus certitudine & operandi modo merito ſtatuere debet. *Quapropter cum experientia practicæ veritatem Theoriæ corroboret, unice verum Chymiatriæ ſtudioſum eo allaborandum eſſe cenſemus, ut manuali experientiæ noctu diuque incumbat, quo tandem dulciſſima hujus artis uſura frui poſſit. Quod ipſum etiam ſuadet & fideliter veros doctrinæ filios adhortatur Severinus*

rinus in Id Med. Philosophicæ cap. 17. *dum inquit*. Ite filii, vendite agros, ædes, vestes annulos, comburite libros, emite calceos, montes accedite, valles, solitudines, littora maris, terræ profundos sinus, inquirite animalium discrimina, plantarum differentias, mineralium ordines, omnium proprietates nascendi modos notate, rusticorum Astronomiam & terrestrem Philosophiam diligenter ediscite, nec vos pudeat, tandem carbones emite, fornaces construite, vigilate & coquite sine tædio. Ita enim pervenietis ad corporum proprietatumque cognitionem alias non. *Et addit*. Hæc mandata gravia essent, nisi laborum beata præmia pollicerentur. *Hæc ille. Non tamen volumus inde Chymicastrorum experientiam, quæ temeraria, sed eam quæ* ἐν τῷ λόγῳ *sit fundata; certum enim est ac firmum eos omnes absque vera & naturali ratione Vulcani violentia sublimationibus variis ac reverberationibus, ardentibus itidem ac erodentibus menstruis rerum naturas quodammodo immutare, destruere ac pervertere, non autem veras, ut nugantur, ex illis extrahunt essentias: multo minus solare & salutare illud separant balsamum.*

Objectum artis hujus, corpus mistum concretumque statuitur, non qua illud est mobile; ita enim Physicæ considerationis est: verum quatenus est solubile & coagulabile. Talia autem sunt vel imperfecte mixta, ut plantæ, frutices metalla, lapides, arbores,

& animalia omnis generis. Unde apparet, quam graviter illi hallucinentur, qui audito Alchymistæ nomine, statim sibi hominem imaginantur, qui nihil tractet aliud, quam metallorum μεταμορφώσεις, nihilque meditetur, quam mirabile lapidis Philosophici μυςήριον.

Dicitur esse objectum Chymiæ corpus mistum, qua solubile & coagulabile est. Sed notandum, quod mistum nativum non in omni pereat opere, Imo Chymico propositum ut plurimum esse, non misturam solvere, sed hac servata concretionis materiatæ feras & vincula dissipare, quo aditus sit ad intimam substantiam, quam natura arctissimo conclusit complexu, ne externis pateret facilè injuriis. Quocirca falsum dicit is, qui verum Chymicum usque ad ultimum destruere pronunciat. Non est hoc artis. Termini sui singularum sunt præperationum, in quibus ars cessat. Deinde turpè dictu est, quod refert autor de misochymicis, qui Chymiam veram tanto cœperunt habere odio, ut ipsius solo audito nomine inhorrescant & subinde vomere cogantur. Sed hos Mufetus rectè ceu haleces sale condiendos, & postea in fumo suspendendos esse exclamat. Et sanè dolendum est, quod multi de Spagyricâ tam temerè judicent, ut rusticus ille Aristidem non notum, quod nimis injustè haberetur, damnare voluit. Alii tales lactucas asininis suis labris gustare nequeunt, ideò verbis sesquipedalibus damnant, & canine quadam invidia alios à pabulo, quo ipsis frui non licet arcere satagunt.

Alii

Alii Sophistarum more omnia quæ ipsis non probantur, contemnunt : quibus tantum illud arridet, quod suum est. Sicut stultis sua clava & tintinnabula placent, prout recte differit Paracelſ. in præfat. de natura rerum.

Finis ejus eſt medicamentorum ſuaviorum, ſalubriorum & tutiorum præparatio: atque hac ratione Ars noſtra à Pharmacopœa vulgari, quæ etiam medicamenta concinnat, tuta quidem & ſalubria, ſed minus grata, diſtinguitur. Nam quod ad ſuavitatem attinet, in confeſſo eſt, ægrotum citius parum conſervæ roſarum cui grana forte quatuor Mercurii per inferiora tantum purgantis, commixta ſint, aſſumturum, quàm multas Diacatholici drachmas : citius pilulam unicam benedictam Quercetani, vel duas ex Electuario Panchymagogo ejuſdem conformatas, quam decem vel quindecim pilularum ſine quibus, Aurearum Fætidarum: citius grana quatuor Bezoartici mineralis celeberrimi Hartmanni, vel octo Antimonii Diaphoretici Crollii, quam potionem aliquam ſubodoriſicam : citius juſculum Cremore aut magiſterio Tartari conditum, quam hauſtum agoniſticum Apozematis: Syrupive alicujus Magiſtralis, ad deſcriptionem, neſcio, quot pedes longam laborioſè confecti. Fieri tamen poterit, ut quandoque ejuſmodi pocula & canthari medicamentorum vulgarium ſuavitate Chymica longe ſuperent: nimirum tunc, cum nonnulli ægrotantium,

allatis illis & nondum manu præhensis, sola saporis & odoris eorum nauseabundi imaginatione, nec vi aliqua magnetica concitati. ἄνω καὶ κάτω vomunt & dejiciunt: id quod medicamentis Chymicis præstari hactenus non potuit. At inquiunt: triumphent sanè Spagyrici remediorum suavitate: referant autem recepto more præparata in pharmacopoliis medicamenta, laudem salubritatis & curationis tutioris. Hic Rhodus, hic saltus. Nam dicunt: Vestra remedia non modo nostris non sunt salubriora, & tutiora: cum ne quidem satis sint salubria & tuta. Pleraque enim vestra sunt venenata, & naturæ humanæ planè adversa: utpote metallica & ex mineralibus desumpta, pleraque acria, corrosiva: pleraque calidiora, quàm ut conveniant, & grave ἐμπύρευμα redolentia. Gravia sunt hæc tela, & Chymicorum jugulum petitura, nisi rationis & experientiæ clypeo excepta dextre elidantur. Negari equidem haud potest: multa nostrorum medicamentorum, è minaralium & metallorum familia petita esse: sed propterea non venenata, non humana naturæ prorsus infesta. Quod si enim Veteres iisdem omnibus, sed crudis & non præparatis, sicut ex Galeno, Dioscoride, Antidotario Nicolai Myrepsici & aliis videre est: & Recentiores quidam famosissimi Medici, uti Rondeletius, Mercurio crudo in pilulis Barbarossæ, ad morbum Neapolitanum expugnandum; Crato trium Cæsarum Medicus

cus feliciſſimus, Cinabari ad vertiginem, & alii Antimonio ut Cardanus, Iulius Alexandrinus, Matthiolus; Vitriolo Geſnerus; Croco Martis ad icteros Fallopius; Sulphure universi ad pulmonum affectus uſi ſunt: cur nobis eadem recte præparata & omni venenoſa malignate exuta, in uſum medicum transferre non liceret: præſertim cum videamus eos, qui vulgaribus Pharmacopolarum medicamentis firmam ſanitatem recuperare non potuerunt, ſuaſu ipſorum Miſochyiomorum ad thermas metallicas, aut fontes minerales ablegatos, eorum uſu continuato perfecte fuiſſe curatos. Unde ſane conjiciendum eſt: in ejuſdem mineralibus & metallicis, balſamum quendam fixum, ſpiritusque potentiſſimos & corruptioni minime obnoxios concluſos eſſe. Id quod ex uſu etiam medicamentorum Chirurgicorum conſpicuum: ubi vix ullum magnarum virium eſt, niſi cui vel metallum vel minerale aliquod ſit commiſtum.

Abſit autem: ut ea cruda, ſeu veterum ſeu recentiorum quorumdam more, intra corpus propinanda eſſe cenſeamus. Utile ab inutili ſeparandum, venenum à in ſumia ſalutari: nucleus & medulla à corticibus, putaminibus, ſiliquis & fecibus ſecludenda. Sic demum exinde apta remedia ad deploratiſſimos quoſque morbos cito, tuto, & jucunde curandos, ſi à medicis doctis, expertis & circumſpectis, & ad præſcriptas Therapeiæ le-

ges adhibeantur, exſurgent. Sic Vipera, venenatiſſima beſtia rite parata baſin Theriacæ, alexipharmaci illius univerſalis, tot ſeculorum experientia comprobati, conſtituit. Sic ex ſerpentibus vulgaribus tam προφυλακτικόν, quàm θεραπευτικὸν certiſſimum, contra omnis generis venena, vulgo nunc parari, quotidie videmus. Sic Draco marinus, quem Galli *levive* nuncupant, in dorſo ſpinam habet, qua ſegregata, cibus exindè paratur delicatiſſimus. Eadem planè ratione & foſſilia ad eam mediocritatis naturam reduci poſſunt, toto in partes conſtituentes reſoluto, qualitatibuſque malignis & fatum accelerantibus averruncatis: ut certo certius ſit eos, qui talibus legitime præparatatis ritè utuntur non tam internecium hoſtem, quam benignum hoſpitem; non tam venena, quam alexipharmaca & morborum ῥιζοτόμους in vitæ ſuæ penetralia admittere. Nam ſi metallorum & mineralium venenoſitas à forma eorumdem dependet, quis non videt, ſi ea in tria ſua principia, artificio chymico conſumantur, omnes qualitates lethiferas ablatum iri? Et ſi in parte aliqua conſtituente malignitatem ſtabulari opineris, tanto facilius intelligis, toto in partes ſuas diviſo, illam ſegregari poſſe. Atque hoc modo inſtituta feralium medicamentorum correctio, quam ſalutaris ſit, infinitis exemplis, niſi ea nota eſſe arbitraremur, comprobari poſſet. Deſinant igitur Miſochymici, à mineralium &

metallorum

metallorum usu intra corpus exhibendorum abhorrere, & nescio quam ἰλίαδα τῶν κακῶν ex eo repullulantem temere pertimescere: quin potius discant à Chymicis verum malignitatis remediorum, quibus veneranda antiquitas usa est (puta, Antimonii, Mercurii, utriusque Hellebori, omnium Tithymali specierum Pytyusæ, Elaterii, Colocynthidis, Euphorbii, Thapsiæ, Scammonii, Thymelææ, lapidis Lazuli & Armenii. Aëris scoriæ, Saudarachæ, &c.) malignitatis, inquam, perdomandæ modum: qui fit corporis heterogenei in suas partes ἀνατομία, non autem consueta Mastiches, Thragacanthæ Spicæ, Cinamomi aut similium additione. Nam qui ita medicamentorum simplicium qualitates venenatas dispellere, & infringere satagit: næ ille similis videtur cocis imperitis & stolidis, quibus si carpiones desquamandi & eviscerandi essent, amarorem bilis, fellea cysti forte fortuna pertusa, non eluendum aut segregandum, sed sacharo melleve addito obtundendum esse contenderent: aut si iidem intestina animalium in alimentum hominum præparare deberent: nec ea ab excrementis sordidis & fœtidis mundanda esse; sed vel ambrâ addita, oleisve odoriferis affusis, coquenda stulte judicarent. Porrò Spagyrica non videntur salubria esse & tuta, quia acria & corrosia, ignisque violentia magis caustica reddita, & quia impressum ἐμπύρευμα redolent. Verum si acria,

si corrosiva intra corpus non recipienda: Deus bone, quanta medicamentorum copia è vulgaribus Pharmacopoliis ejicienda: quantus eorum numerus ex Antidotariis expungendus: quot condimenta è culinis removenda. Cantharides à Galeno inter medicamenta exitialia, quod per erosionem interimant, numerantur, & tamen parce sumptæ & quibus oportet, commixtæ, τοῖς λιτοντρίβοις & diureticis, vehiculi loco, ab eodem conceduntur. Vitriolum quàm cortrosivum sit, omnibus constat, & tamen in laudatissimam antidotum Theriacam recipitur. Allium, cæpe, sinapi, nasturcium quàm acrias, & tamen quotidie iis inter epulas uti non reformidamus. Limonum, Citriorumque succus, firmissima Perlarum & Corallorum corpora dissolvit; & tamen cum in extrema virium imbecillitate, Cardiacum efflagitatur, nullum eo præsentius & præstantius vulgo propinatur. Ergo nec Chymicorum remediorum acrimonia, & vis caustica metuenda: præsertim, cum multa sint forinsecus corrodentia, quæ intrinsecus, cum ob majorem interraneorum repugnantiam & vegetum caloris nativi robur; tum ob humores noxios, in ventriculo stagnantes, pari ratione vires suas explicare non possunt. Accedit, quod, sicut nec integros manipulos salis devoramus, nec aliquot libras ejus in juscu-lis, sed forte pugillum unum dissolvimus, parumque aceti & aromatum ad cibos condiendos

diendos adhibemus; ita cum necessitas Mecos Spagyricos, ad medicamenta acria usurpanda compellit, guttam granumve unum aut alterum, nec sola, sed idoneis liquoribus permista exhibeant. Imò acerrima quævis ita edulcorari possunt, ut omnem acrimoniam deponant, quod ex aqua forti & regia, si Tartari sal iis commisceatur, manifestum evadit. De ignis contagio, quæ objiciuntur, adeo vana sunt & frivola, ut ne quidem refutatione egere videantur. Ipse enim Galenus *cap.* 18. de Theriaca ad Pisonem, ignem multa efficere meliora, & interdum latentem rerum naturam detegere, quædam etiam, quos volumus in usus apta reddere, expresse scribit: unde etiam idem Elementum, titulo Magistri artium, à Cicerone non immerito insignitur. Et ut taceam, quod Galenus metalla acria & mordentia, ut mitiora reddantur, ignis examini subjiciat, chalcitis usta melior existimatur, quam non usta: Balanus Myrepsica secundum Mesuen vomitum movet, & simul per alvum dejectiones enititur: Afflata antem & humiditate ejus nauseabunda ablata, sola vis humores per secessum expurgandi remanet. Ita Mercurius sublimatus, qui acerrimus existit, ignis violentiam cum Antimonio passus, ut in mitissimum, ita saluberrimum abit alexipharmacum. Sic Ferrum, cum in crocum Martis in reverberio calcinatur, extremum flammarum calorem sustinet, nec tamen ipsi ea imprimitur acri-

A 6 monia.

moniæ, ut usus ejus in hæmorrhagiis & aliis fluxibus non sit frequentissimus, non utilissimus. Contra aqua & oleum Cinamoni quantam acredinem solo vaporis balneo acquirunt? quantam eodem vinum. Unde hoc, intelliges rationem, si, quare sol induret lutum, liquefaciat autem ceram,idemque linteamina albefaciat, faciem vero denigret, perpenderis: Falleris igitur, si spiritus Vitrioli acrimoniam ab externo calore contrahi, Si oleum salis ab igne reverberii, eadem infici existimas. Nisi enim Sales mixto insint, etiamsi violentissimo igne id exerceas, nunquam tamen ei tanta acredinis stigmata inures: Et contra, licet moderatissimo in quibusdam calore utaris,ea tamen ob salium præsentium vim, acriora redditum iri ne dubites.

Cæterum ἐμπύρευμα medicamentorum Chymicorum tanti momenti non est, ut Medicis practicis eo nomine exosa esse & periculosa videri debeant. Si enim quoddam iis vestigium medicamentis inhæsit, id aut à calore modarato aut forti, originem suam sortitum est. Si ab illo, & propterea medicamenta Chymica evadunt noxia, tum nec esculenta, nec poculenta nostra,nec vulgaria remedia tuta erunt & salubria, cum ad ea paranda,major sæpe ignis gradus requiratur, quam ad medicamenta Chymica, quod patet ex coctione cerevisiæ,ubi hordeum primo valenti igne torretur, post majori coquitur:

item

item ex quibuſdam vinis Rhenanis, quæ ob ſalubritatem populis Septentrionalibus in omnibus ferè morbis loco remedii ſunt, & tamen ad veram maturitatem, non niſi ignis Elementaris beneficio perduci poſſunt: item ex piſcibus aſſatis, carnibus fumo induratis & ſexcentis aliis. Si vero ab hoc, igne ſcilicet violento, nec inde periculi quidquam ægrotantibus imminet: cum vel ablutione vel digeſtione corrigi poſſit, ut videre eſt ex cineribus, qui calliditatis ſuæ notas ab igne communicatas, affuſa aqua, in lixivium deponunt. Imo ablutio nimis crebro repetita, purgantia quædam metallica & mineralia chymice præparata, ad ſentinam pravorum humorum exhauriendam, inepta reddit. Digeſtione autem quam omnia dulceſcant, notius eſt, quam ut exemplorum inductione, ad id comprobandum, opus eſſe videatur. Quod ſi autem forte per Emphyreuma intelligit; quando vel calor potentialis, qui in miſto latebat tanquam ſub carbonibus, igne violento in actum producitur, & liber jam ab omnibus compedibus potentiores exerit vires, vel quando calor qui hinc inde diſperſus erat, Vulcani beneficio unitur: nec hanc ob cauſam, ſeu Empyreuma, ſeu calor nimius metuendus, cum Medici officium ſit, calidis ejuſmodi dextre uti, ſicut & alia, quæ ſi imprudenter adhibeantur, ægrotis nocumentum allatura videntur. Sed inſtant Miſochymici & gravius nos urgent, dum prætendunt

noſtra

noſtra medicamenta eſſe inutilia,quia emortua & ex miſtis deſtructis, corruptiſque orta humidoque primogenio deſtituta. Verum enimvero ſi miſtorum corpora nam ſolvenda, vel ut ipſi odioſo vocabulo utuntur, non deſtruenda, cur iſti miſtionis harmoniam turbant? cur infuſiones,decoctiones, ſirupos igne violento parant? cur aſſationibus, cur toſtionibus, cur deſtillationibus, cur diagridio, & non ſcammonio integro? cur trochiſcis Alhandal & non colocynthide ipſimet utuntur? cur in extrema virium imbecillitate, deſtructo capone, hoc eſt aqua ejus ſtillatitia, ubi certe omnis κρᾶσις & μῖξις totius periit, ægrotos jam jam animam quandoque exhalaturos, nutrire præſumunt? An quia Naturam hac in parte imitari volunt, quæ cibos in ventriculum ingeſtos non crudos & integros adhuc exiſtentes, ad partes alendas devehit, ſed deſtructos, hoc eſt, ab inutilibus & craſſioribus partibus denudatos, & in hepatis officina in quintam quaſi eſſentiam redactos. Dicant, ſi placet,an cum infantes ab uberibus matrum adhuc pendentes, lacte earum, quæ infuſo Rhabarbari, vel ſuæ vel illorum valetudinis gratia uſæ ſunt, purgantur, concentus temperies & harmonia totius Rhabari in lacte materno preſſum data fuerit: an vero forma hujus mixti de ſubjecto ſuo in aliud,& ex hoc rurſus in aliud tranſlata, & multas mutationes paſſa, ſalva & integra permanſerit, atque ita ex corpore humores

res pravos exclnferit. Forte hinc fit: quod quidam Misochymicorum à caseo tum à butyro abhorrent, non naturali quadam ἀντιπάθεια, sed quod ob concentum in lactis destructum, formam ejus & temperiem abolitam verentur, hæc & similia alendo corpori esse inidonea. Deinde dum chymica remedia, mortua cadavera nuncupant, humidoque primogenio spoliata esse contendunt; partim sibi ipsis contraria, partim veritati non consentanea loquuntur. Si enim sceleta sunt, cur alibi ea potentius agere, quam humana temperiei mediocritas permittat asserunt. Deinde nonne necesse est, ut tam animalia, quam vegetabilia, vita illa qua sibi vivunt, hoc est, nutriuntur, crescunt & augescunt, priventur, quo esui & usui hominibus esse possint. Nec enim ipsi Scythæ tam barbari sunt, ut licet carnibus vel crudis vel cursu equorum concitatiori, sub ephippiis fervefactis, vescantur, vivas veras in os ingerere & deglutire velint. Ita etiam plantas, stirpes & frutices, ut in corpore humano vitales edere actiones valeant, mori oportet, hoc est, ex solo eorum nativo erui, ne exinde amplius alimentum pro vita sua conservandam attrahant, sed ut ad hominum sanitatem tuendam, morbosque profligandos apta remedia suppeditent; id quod etiam herbæ & alia ita emortua, imprimis si legitima eorum ἐξάρθρωσις præcesserit, intra corpus assumpta feliciter præstant. Et ut experientia,

experientia, certissimo veritatis χειλπείῳ, evincam, vitam vegetabilium operationibus Chymicis non destrui, nec humidum mistorum primogenium, iisdem absorberi: certum est & multoties probatum, sales herbarum præsertim calidarum, si certo quodam modo & nobis cognito seminentur, alias producere suæ speciei herbas, ut taceam ea quæ Quercetanus *cap.* 22. in responsione ad Anonymum pro veritate Hermeticæ Medicinæ, stupenda & suscipienda adfert exempla. Quid, quod in Arduenna & aliis multis locis desertis, sterilibus, & aridis, ut agricolæ æstate, quod metere possint, habeant, dumeta, genistas & vepreta passim comburant, & cineres hinc inde per campos dispergant, ut sub acta terra, sale, beneficio pluviarum supracadentium ex illis elicito pinguefiat, ac lætas segetes postmodum ex semine in terram projecto producat. Fungitur nimirum ejusmodi cinerum sal officio fimi, quo nunquam agri impinguari possent, nisi vrinis & sale animalium brutorum (est enim in sale pinguedo, quod mitemur, ut Plutarchus post Aristotelem in Symposiacis *lib.* I. *quæst.* 9. testatur) esset imbutus. Non tamen planè abnuerim, viventia quædam & nondum emortua rectè interdum adhiberi, ut gallus circa podicem deplumatus, ad venenum è carbunculis pestiferis extrahendum: ut catelli ad ventriculum frigidum & imbecillum benigno calore & temperato extrinsecus fovendum:

vendum: ſicut etiam non negarim integra interdum præſtare deſtructis, modo & ipſi fateantur, ſe non minus deſtructis uti quam Chymicos. Supereſt nunc ſcrupulus unus, qui multorum animos valde torſit, diuque ſuſpenſos detentos remoratus eſt, quo minus in uſum Hermeticorum medicamentorum conſentire potuerint, nempe quod illa, præſertim ſi ſint metallica aut mineralia calorem nativum & ſpiritus ſubito diſſipent, & in partibus principalibus funeſtas reliquias, malignum fermentum & parvam διάθεσιν relinquant. Unde aliqui per accidens curati, & paulo poſt recidivam paſſi maturius ex hoc mundo diſceſſerint. At immerito remedia Spagyrice præparata eo nomine male audiunt, cum ſi forte tale quidpiam ex uſu eorum accidat, id non tam remediis, quàm vel artificibus, qui ea concinnarunt, vel Medicis, qui ea exhibuerunt imputandum ſit. Notum eſt enim, quantus ſit eorum numerus, qui illotis manibus ad hanc artem nobiliſſimam accedunt, qui ex libris tantum, non αὐτοψίᾳ artem hanc edocti, ſtibium & hydrargyrum ad ſanitatem hominis vel conſervandam, vel deperditam reſtituendam, audacter parare, & parata intra corpus exhibere non verentur. Talium Chymicorum præcipitatis, non mirum, ſi illi, qui his utantur, in ſepulchrum præcipitentur: ſi eorumdem Mercurius vitæ, non vitam; ſed mortem & magno interdum precio emptam quidam improvidi

improvidi & valetudinis ſuæ prodigi, conſequantur. Deinde culpa tam gravium accidentium non raro in iis etiam reſidet, qui dicta medicamenta propinant, quorum aliqui legitimum ipſorum uſum nunquã viderunt; aliqui plane indocti ſunt, lupidi, omnis methodi Galenicæ & Hippocraticæ ignari, quales ſunt Judæi & Agyrtæ-ſimiles, quibus religio non eſt, latronum more, de corio humano, pro libitu ludere. Non abſimili ratione, & vulgaribus medicamentis, quæ ſunt potentiorum virtutum, utpote Scammoneatis, Helleboratis & ſimilibus dica interdum ſcribitur, quando à Pharmacopolis imperitis ſiniſtre parantur, aut ab expertis dextre conficiuntur, ſed præpoſtere ab empyricis uſurpantur, licet alias ex uſu eſſe poſſint, bene ſcilicet parata, & methodice adhibita. Non eſt igitur, quod Medici docti & prudentes à Chymicorum medicamentorum uſu in poſterum abſtineant; cum ſi ea ab expertis artiſtis, inter quos in Gallia eminet Nicolaus Bonne illuſtriſſimi Ducis Bullionæi in arce Sedanenſi Pharmacopœus, qui officinam habet ſelectiſſimis remediis, cum Galenicis, tum Spagyricis, præſertim vero Theriacis communi & eſſentificata ad Quercetani leges ſolertiſſime præparatis inſtructiſſimam, conficiantur: omnis malignitas, ſi quæ ipſis ſua natura ineſt miniſterio Vulcani auferatur: ut impoſſibile ſit, ea poſſe ſi methodice uſurpentur, vel calorem nativum

nativum & ſpiritus, individuos animæ ſatellites deſtruere; vel pravam diſpoſitionem partibus principibus inurere.

Atque ita hactenus monſtratum eſt: quàm vano & falſo prætextu, remediis Chymicis, quaſi periculoſa, inutilia & peſtifera ſint, jus civitatis in republica Medica denegatur: nunc quod eadem ſint vulgaribus ſalubriora & tutiora evincendum eſt, quod quidem ex prioribus ſatis liquet, ſed tamen ut omnia melius dijudicari poſſint, pauca quædam pro noſtra aſſertione attexenda videntur. Salubriora igitur & tutiora ſunt in arte Spagyrica concinnata remedia quàm vulgari modo præparata, quia in illis purum ab impuro, malignum ab alexipharmaco, corporeum à ſpirituali, inutile ab utili ſeparatum, ac proinde ventriculum ſua mole non moleſtant, nec operationes ſuas differunt, ſed cito cum morbis colluctari incipiunt, eoſque victas dare manus feſtinanter cogunt. Sic cereviſia defecata ſalubrior eſt non defecata: ſic vinum à tartaro ſuo depuratum, tutius hauritur, quàm vinum ex uvis recenter expreſſum, ſic cibi, ſecluſis à natura excrementis, poſt multas coctiones ſingula corporis noſtri membra nutriunt: ſic citius aqua cinnamoni aut balſamus ejus in lipothymiis, ſpiritus reficit, quam ipſum cinnamomum integrum: ſic guttæ aliquot olei aniſi plus præſtant, quam integræ ejuſdem unciæ. Vulgus a. præparationes omnes improbat, &

& integris uti mavult, quam in principia sua consumptis;partim non sufficientes aut convenientes adhibet,unde non raro ægrotantes ob devoratas partes noxias excrementitias & venenatas una cùm salutaribus & utilibus, expugnato morbo, cum symtomatis gravioribus postmodum supervenientibus, & ipso priori morbo periculosioribus conflictantur. Deinde quis nescit: aquas Chymicas, odorem & saporem vegetabilium integrum referre: vulgares autem nil aliud esse, quàm phlegma inutile, & aquas leviter putrescentes: illasque multos annos durare, has vero vix mensem unum aut alterum. Et sicut aquæ vulgares Pharmacopolarum, extremam malignitatem à vasis plumbeis acquirunt: sic non minorem & decoctiones eorundem, à vasis cupreis, quæ eo deteriores adhuc evadunt, quod in earum præparatione subtilior & melior pars in auras evanescat; & situ paulo post contracto corrumpantur inutilesque reddantur. Adhæc Analeptica & cordialia, quæ ex corallis plerisque in pulverem contritis & cribratis, nec non auro foliato præparantur, quas vires alias in corpore humano exerunt, nisi quod ventriculum incrustant, eumque alias languidum magis enervant? Contra quintæ essentiæ Chymicorum & magisteria ex iisdem,ut & tincturæ auri absque corrosivo factæ, sicut in quovis liquore facile solvuntur: ita soluta, & intra corpus admissa, vires collapsas restaurant, &

pristinum

priſtinum vigorem reſtituunt. Quid, quod medicamenta vulgaria in morbis chronicis, raro optatos ſortiantur effectus. utpote ex vegetabilibus tantum deſumpta, quibus radices affectuum contumaciorum firmiores funditus exſtirpari & evelli nuqueunt. Chymica autem, præſertim ex metallicis & mineralibus præparata, utpote potentiorum virium & majoris efficaciæ incurabiles vulgo morbos, epilepſiam, lepram quartanam, podagram, hydropem, ἀνύχως, ταχέως ϰὴ ἀσφαλῶς percurant. Non igitur abs re à factum eſſe putamus, quod nos Chymiam, artem medicamenta gratiora, ſalubriora & tutiora concinnandi, in libelli noſtri frontiſpicio definiverimus.

CAPUT II.

De ſolutione in genere.

[*Partes Chymiæ ſunt duæ; Solutio & Coagulatio.*]

SOlutio Chymica eſt ἐργα πὴν ſive operatio, qua corpus naturale miſtum in tria ſua principia Mercurium, Sulphur & Sal, ex quibus à natura conflatum eſt, ſeparatis heterogenis, recluditur.

Cum natura nihil puri nobis dedit, ſed omnia permultis imò noxiis permiſcuit fæculentiis, ideò neceſſitas hic artem fecit, quæ purum ab impuro, ſalubre

salubre ab insalubri separat, haud alio conatu quàm cæteræ scientiæ id populariter & quotidie peragunt, rejectanea semper amoliendo, errataque corrigendo ut natura semetipsa quasi deficiens hanc ipsam artem Chymicam ab infantia cognoscendam subinde inculcasse videatur. Corpus autem naturale mistum non uno sed variis peccat modis, vel impuritate, tum intrinseca tum extrinseca, vel duritie seu corporis contumacia, utrumque tollitur separatione & alteratione, vel etiam transmutatione, illa omnes impuritates penitus aufert, hæc & substantiam tractabilem, balsamoque nostro haud absimilem reddit, & vel totum vel qualitates immutat. Quin imò malignitatibus sæpè per universum subjectum Chymicum dispersis, omnino expedit ejus continuitatem corrumpere & ad minimas particulas sectionem instituere. Nec enim aliter ad speciem scilicet Chymicam pervenire, aut malignas qualitates alterare, aut noxias tollere licet. Nam universum hoc opus est præparationis, quam propterea Hippocrat. 2. de diæta ἐργασίαν appellavit, tanti profectò usus, ut sine ea bene medendi ratio periculi, terrorisque plena, cuivis pio cordatoque medico suspecta esse possit. Quod si alimenta per os sumpta coqui & elixari postulant, ne corpori fructus crudos ingenerent, quidni etiam medicamenta ad mediocritatem, præparationis sedulitate, reduci debeant. Hinc rectè & prudenter ab autore nostro factum, quod de his prius, variisque præparationis gradibus, antequam

quam de legitima medicamentorum præparatione ageret, admonere voluerit. Quoniam autem varii ſolutionis gradus dantur, quibus non ſemper corpus naturale, miſtum in tria ſua principia, Mercurium Sulphur & Sal reſoluitur, ideo nonnulli huic generali magis ſtrictam addunt definitionem dum deſcribunt, quod Solutio ſeu Corruptio Chymica ſit præparationis Chymicæ gradus primus & ſummus compagem corporis quoquo modo dirimens, hæc enim vel in ſola diſlocatione continuitatis acquieſcit, vel ſimul etiam inquinamēta ſeparat. Quantumvis enim in opere Chymico corruptionem neceſſario ſequatur ſeparatio, hæc enim ejus menſuram certam explet, ſeu finem addit, nihilominus tamen quam plurimæ operationes ſunt, quæ ſolam corruptionem citra ſeparationem poſtulant ut e. g. Magiſterium definitur, quod ſit ens medicum ex toto citra ullam ſepvrationem impuritatibus dumtaxat ſegregatis elaboratum & exaltatum.

Sicut Ariſtoteles principia corporis naturalis vere ſtatuit tria: Materiam, Formam & Privationem, licet ea ſint noetica potius, quàm vere hypoſtatica. Et veluti Galenus quatuor elementa, ignem, aërem, aquam, terram pro principiis, etſi remotis, haud abs re adſtruit: ita Chymicus artifex ſenſatus, ſenſibilium corporum tria afferit principia ſenſibilia & proxima, Mercurium, Sulphur & Sal: ſequiturque hac in parte ipſum Ariſtotelem, tertio de cælo textu 61. quem locum

cum Petrus Ramus ad nauſeam uſque in ſcholis Acromat. Philoſophi ſuperius allegatis principiis opponit. & poſt eum Kragius contra Peripatericos valde urget. Per Mercurium autem, ſulphur & ſalem non intelligendum eſt, quod ejuſmodi mineralia ex miſtis concretiſque corporibus beneficio ἀναλύσεως Chymicæ, poſſint erui, qualia vulgo à mercatoribus venduntur; verum ſufficit, ſi ſint talia, præſertim in vegetabilium & animalium familia, quæ mineralibus illis ſint ἀνάλογα, & tantum inter ſe differant eſſentia, proprietatibus & actionibus, quantum illa in ſuo genere minerali.

De principiorum numero magna apud antiquos Philoſophos erat contentio, ita ut contra ea variis & diſſentientibus inter ſe opinionibus ſeſe effuderunt. Democritus ac Epicurus in principia nobis obtruſerunt inane, infinitum, atomos, quorum concurſu omnia corpora conflagrentur. Diodorus Crocus cognominatus ex corporibus minimis & individuis, tanquam principiis, res componi dicebat Empedocles omnia, quæ componuntur ex diſparibus, iiſdemque conſentientibus naturis concreſcere cenſuit. Pythagoras lineas, figuras atque numeros rerum omnia principia eſſe ſtatuit: ita ut ſinguli ſuas ſententias undiquaque rationibus ſuis fulcirent. Sed cum hæc olim, tanquam futilia ac inania confutata & exploſa ſint, fruſtra his diutius immoremur. Academicorum autem & Peripateticorum ſententiam potius audiamus, quos de principiis rerum

rerum doctius disputasse & melius sensisse, propiusque ad veritatem accessisse constat. Plato de principiis differens modo tria constituit Deum, exemplar, & materiam; modo duo tantum stabilit, infinitum nempe, & terminum, materiam infiniti nomine, termini verò formam inveniens, tanquam rem sistentem, & finibus aut cancellis suis materiam vagam & excurrentem, coercentem. Aristoteles non procul recessit à sententia præceptoris, etsi aliis verbis suam explicarit, quæ tamen eodem recidunt. Siquidem quod Plato terminum dixit, formam vocavit Aristoteles. Quod Plato infinitum, materiam dixit Aristoteles, tertium principium privationem seorsim constituens. Quæ cum ita se habeant, opinandum non est, quod ab Hermeticis antiquorum Philosophorum principia, suis principiis sensibilibus, evertantur, tot jam seculis adhuc comprobata. Quin potius credendum, illis cum ipsis facilem esse in hoc consensum ac concordiam. Nam Hermetici cum dicunt, corpora omnia constare ex Sale, Sulphure & Mercurio, non repugnant Aristoteli, qui rerum principia statuit, Materiam, Formam & Privationem: nec Platoni dicenti, Deum, Exemplar & Materiam esse principia omnium. Singuli quippe diversas creaturarium œconomias scrutantur. Causa autem Hermeticorum, quod in principiis istis vulgaribus & decantatis non acquiescant, est ea præcipuè, quod hæc in generationum & transplantationum causis & processibus declarandis undiquaque sufficientia non sint. Alias etiam libenter

admsttunt distinctionem, qua Aristoteles principia sua partitur in materiam primam simplicissimam, ac remotissimam omnes formarum vicissitudines sustinentem: vel in qua est potentia, ut possit omnibus formis subjici, & in duo ἀντικείμενα, formam sc. & privationem distribui. Hæc principia concedunt esse omnium prima & simplicissima, ex quibus res omnes naturales primum constant, ita tamen ut distinguant inter constituentia & demonstrantia, vel si mavis, inter principia rerum & notionum. Et ut ab illis Hermetica non dirauntur quæ constituimus, earum rerum principia, ex quibus proxime res omnes mixtæ componuntur & constant: Sic ab his, Aristotelica nequaquam convelli certissimum est. Quod ipsum ex indivisibili & admiranda rerum cœlestium cum sublunaribus unitione, longa serie demonstrari posset, nisi instituti nostri ratio contrarium suaderet. Denique trium illorum principiorum Chymicorum, Salis, Sulphuris & Mercurii nomina ideo ex mineralium familia ad eadem vegetabilium & animalium principia translata sunt, quod radices sint & fundamenta omnium in omni composito potestatum, nihil prius quod sit tale possidentium usque adeo, ut eadem principia jure quodam omnibus in toto mundo rebus adaptata sint, in membris etiam similaribus secundum potentiam existentia, nutrimenta & remedia, morbos, morborumque causas venena & quævis noxia constituentia.

Mercurius

Mercurius eſt liquor ille acidus, permeabilis, penetrabilis, æthereus ac puriſſimus, à quo omnis nutricatio, ſenſus, motus, vires, colores, ſenectutiſque præproperæ retardatio.

Confertur elemento aëris & aquæ: illi quidem, quatenus caloris vicinia alteratus facile in auras abit: huic, quatenus ut ea difficulter proprio, facilè autem alieno termino continetur.

Vel ſic: Mercurius eſt liquor ille acidus, permeabilis, penetrabilis: puriſſimum & æthereum illud corpus ὀυσιῶδες, aërea, ſubtiliſſima, vivifica ac ſpirituoſa ſubſtantia, pabulum vitæ, & ὀυσία ſeu forma proximum inſtrumentum.

Sulphur eſt balſamum illud dulce, oleaginoſum & viſcidum, nativum partium calorem conſervans, omnis vegetationis, accretionis & tranſmutationis inſtrnmentum, odorum tum gratorum, tum ingratorum fons & origo. Aſſimilatur igni propter flammam, quam facile concipit, ut omnia reſinoſa & oleaginoſa alia, eique peculiare eſt, quod habet vim leniendi & extrema contraria conglutinandi. Sicut enim nunquam tenatius lutum confeceris ex aqua & arena, niſi calcem aut aliquid glutinoſi commiſcueris, ita nec Mercurius volatilis, & ſal fixus coire in unam ſubſtantiam tenaciter poſſunt, niſi vinculo & copula ſulphuris, quod utriuſque principii particeps, Salis ſiccitatem & Mer-

curii liquiditatem, ſua viſcoſitate; Salis denſitatem, & Mercurii permeabilitatem, molli ſua fluiditate; Salis amaritudinem & Mercurii aciditatem dulcedine ſua contemperat.

Sal eſt corpus illud ſiccum, ſalſum, res miſtas à putredine defendens, mirabilibus diſſoluendi, coagulandi, detergendi, & evacuandi facultatibus pollens, à quo omnis rerum ſoliditas, determinatio, ſapores & aliæ infinitæ virtutes. Analogia reſpondet terræ, non qua hæc eſt frigida & ſicca, ſed qua elementum hoc eſt firmum, fixum, & generationis corporum omnium ſubjectum.

Sunt autem dicta principia, proprie loquendo, nec corpora, quia plane ſpiritualia ob cœleſtium ſeminum influxum, quo impraegnati ſunt, nec ſpiritus, quia corporei, ſed inter utramque naturam ambigunt, variiſque nominibus à Philoſophis inſigniuntur, vel ſaltem his ad illa alluditur, ut ex ſequenti tabella videre eſt.

Sal,	Sulphur,	Mercurius.
Sal commune,	Sal Petræ,	Sal Armoniacum,
Acerbum & amarum,	Dulce,	Acidum.
Corpus	Anima	Spiritus.
Materia	Forma	Idea.
Patiens	Agens	Informans aut movens.
Ars	Natura	Intelligentia.
Senſus	Judicium	Intellectus.

Vinculum

Vinculum Calidum Humidũ nativum.
Materiale, Spirituale Gloriosum.

Verum enimvero omne corpus mistum in hæc principia, sacro ternario (ita secundum Pythagorices omne & omnia tribus terminantur) constantia recludi posse & consumi etsi validis rationum momentis comprobari posset, tamen eas, omnes evidentia longe superat inspectio ocularis, ac proinde exemplis, ex vario mistorum genere desumptis, omnem rem in in tyronum gratiam dilucidabimus. Exordiamur autem à *Lignis viridibus*, quæ si cremes, egredietur primo aquosum quiddam, quod ignis flammæ concipienda plane inidoneum est, & in fumum conversum si colligatur, in aquam resolvitur (atque hac ratione è flamma potum petere, non impossibile) diciturque Mercurius; deinde exibit oleaginosum quiddam, facile inflammabile, quod in vapores resolutum, si cohibeatur, in oleum abit, vocaturque Sulphur, tandem remanet siccum & terrestre, quod ex cineribus, aquæ beneficio extrahitur, inque humido & frigore solvitur, calore autem concrescit, Salisque nomen obtinet. Ita *Lac* substantiam continet Sulphuream butyrosam, deinde Mercurialem serosam, & tandem Salinam caseosam. In *ovis* albumen Mercurium exhibet, vitellus Sulphur, pelliculæ & putamina Salem. Ita ex lini semine oleum elicimus

expressione, aquam ab oleo separatione, Sal ex fecibus relictis extractione. Pari ratione ex Garyophyllis, aqua Mercurialis præstantissima, oleum Sulphureum excellentissimum, & ex fecibus Sal educitur. Sic Nitrum in aquositatem dispescitur, pinguedinem & Salem. Non secus ex sale marino, producimus Mercurium γλυκύκπικρον, dulces cristallos sulphureæ plane naturæ, & tandem ipsum sal fixissimum. Ex Antimonio elicitur Regulus, *a* qui ejus Mercurius: deinde rubrum sulphur, flammam concipiens: & tandem Sal, qui vomitivus *b* Atque sic de cæteris idem esto judicium.

a *Regulus elicitur quidem ex antimonio, verum is non est ipse Mercurius, sed instar potius ejus.*

b *Vomitivus non est, Salia enim plerumque habent vim diaphoreticam, & diureticam, quamvis interdum quoque per secessum deturbandi vires possideant.*

Notandum est autem primo, nullum præ dictorum principiorum simplex atq; solum, quod de reliquis non participet, reperiri; Mercurius enim continet substantiam sulphuream atque salinam, Sulphur substantiam salsam & mercurialem, Sal vero substantiam oleaginosam & mercurialem. Deinde observandum etiam est: quod in spagyrica mistorum ἀναστοιχειώσει, præter priora tria commemorata principia vere actiua, duo alia

alia resultent corpora, quæ principiorum numero à Chymicis non adscribuntur, quod illorum tantum sint, quasi integumenta, omnique δυνάμει Hippocratica destituta, quorum alterum siccum, Terra arenosa est sive cinis elotus, vocaturque Terra damnata & Caput mortuum, nulla vi alia præditum, nisi siccante & emplastica, quodque facili negotio in vitrum abit, alterum humidum & accidentaliter aereum, nempe Phlegma insipidum & inodorum, quodque tantum humectat, citra ullam aliam ἐνέργειαν aut activitatem medicam.

CAPUT III.

De Calcinatione.

SOlutionis species duæ sunt, Calcinatio & Extractio.

Calcinatio est misti *a* in calcem solutio.

a *Id est rei coagulatæ. Omne mistum perfectè mistum dicitur Chymicis ratione principiorum, qua omnibus mistis insunt, nisi unum mistum alteri magis sit consolidatum.*

A Gebero definitur, *a* quod sit rei per ignem pulverisatio, *b* per privationem humiditatis, *c* partes consolidantis.

Per Calcem autem intelligunt Chymici quemlibet pulvisculum tenuissimum, ablatione

tione superfluæ humiditatis (præsertim ex mineralibus) factum. Quando vero pulvis, vel calx plane redditur impalpabilis, ad sensum subtilissimus, instar tenerrimæ farinæ, tum Alcohol appellitant, hocque vocabulum etiam ad subtilissimum Vini spiritum, sæpissime reiteratis destillationibus rectificatum, commode exprimendum transferunt, eum Alcohol vini indigitantes.

a *Quæ definitio paulo exquisitior est priori.*

b *Scilicet Chymica. Siquidem non omnis pulverisatio per ignem fit, nisi chymica, multæ enim fiunt Solis radiis, Solis vi etiam sub terra.*

c *Accidentalis scilicet, nunquam enim potest absumi illa humiditas essentialis per ignem, nisi facta incineratione.*

Circa Calcinationis doctrinam, antequam de ea sermonem instituamus, proprietates & significata calcis, à qua calcinationem formamus, prius explicare oportet. Calx *igitur Chymicis non est lapis coctus ideo dictus, quod in ædificium calcetur, sed est tenuissimus pulvisculus, ablatione superfluæ humiditatis factus. Quemadmodum igitur lapis calcarius beneficio ignis inter coquendum omni humiditate privatur, sic quidquid, quocunque modo, humiditatem suam amisit in Chymicis, calx dicitur. Species calcis est* Alcohol *pulvis ad sensum subtilissimus, instar farinæ tenerrimus, in quo nulla humiditas elementaris amplius viget. Refertur alcohol ad Spiritum seu Quintam Essentiam vini, ubi omni humore*

humore aqueo seu elementari crebris, hoc est, philosophicis præparationibus, ablato, id dumtaxat, quod substantiam vinosam spirituosamque solum complet eruitur, hoc nominis per metaphoram accipit. In genere dicimus calcinationem reductionem misti in calcem. Calcinamus ergo res, ut humiditate partes misti copulante ablata, ex iis pulvis fiat. Sed cum humiditas duplex sit, essentialis & accidentalis, vel utraque aufertur, & dicitur incineratio *vel saltem manente priore, aboletur posterior, & dicitur proprie* calcinatio, *de illa paulo post nobis agendum. Perstringamus igitur uberius calcinationis naturam, siquidem ejus usus magnus est & necessarius. Sic* 1. *calcinamus nonnulla, ut ad solutionem magis accommodata reddantur, verisimile enim est, essentias ex integris propter duritiem minus extrahi posse, quam si in minimas partes, & atomos divisæ fuerint. Deinde tollitur calcinatione acrimonia, quæ in tenui subsistens substantia, & à volatili Sale plerumque dependens, ignis vi evaporat, hac ratione medicamenta acria mitescunt. Vice versa reperiuntur, quæ calcinatione tantum abest, ut mitiora evadant, quin acriora reddantur, nec enim humor aqueus acrimoniam in integris multum alioquin diluens, post sui ablationem eandem minorem, sed potius majorem præstat. Sic vitriolum crudum, sic sulphur crudum, minus acria sunt calcinatis. Cæterum ex Gebri sententia tum spiritus, id est, mineralia ignem non patientia, ut et corpora, hoc est, metalla calcinuntur,*

ſpiritus quidem ut facilius figantur, & deliquio in aquas abeant. Omne enim calcinati genus fixius inque deliquium ſolubilius eſt non calcinato: ſemel paſſa ignem à fixione procul haud abſunt: præterea, partes calcinati per ignem magis ſubtiliatæ facilius cum aquis commiſcentur, inque aquam tranſeunt, Corpora vero calcinantur, tum ut deponant in aquam impuritates, & cruditates ſuas, tum vero ut hoc pacto facilius in liquorem abeant, tenuitatemque conſecuta, naturam corpoream & torpentem facile cum ſpirituali commutent. Inſuper calcinationis neceſſitas, ejuſque accurata adminiſtratio, locum proximè meretur in iis, quæ alterationem ſaltem, paucis mutatis paſſa, in alcoholia abeunt, ceu ſunt magiſteria, quorum licet etiam varietas præparandi modos diverſos pariat, omnia tamen ſic immutanda ſunt, ne quid detrimenti eſſentia capiat. Itaque ignis reverberii hic maximè laudatur, qui tamen, ut ab initio oportet ſit lentus, ac graduatus, ſi corpus levibus, & ſubtilibus erit donatum ſpiribus; ſecus enim eſſentia ignis vehementia exhalaret. Vbi vero ariditas ſpiritus fixiores arguit, etiam citra graduum ignis obſervationes, nonnihil intenſius ignem multiplicamus, quandoquidem nullum periculum perdendæ eſſentiæ imminet. Cæterum calcinamus, vel igni potentionali vel actuali, uterque enim ignis, continuatus vincula abſumit. Potentionalem ignem ſuppeditant corroſiva omnia, ut ſunt ſalia, & exinde facti ſpiritus, ſeu aquæ ſtygiæ, vel fortes, quibus tota compages corroditur.

Materiale

Materiale ignis administramus rebus primum in minimas particulas comminutis, postea vasi pro renata vel aperto vel clauso, loricato vel non loricato, sine vel cum spiraculis inditis, tum cum additamentis calcinationem adjuvantibus fusionem nempe prohibendo, vel simul corrodendo (qualia additamenta sunt salia) vel etiam sine iisdem commisti. Verum sæpe usus postulat, solidiora subjecta ante calcinationem actualem prius aqua, aut aceto extingui, quo modo compages divisa ignis facile ingressum largitur. Sunt quæ prius per aquas suas corrodenda, postea igne reverberii in cinerem redigenda, id quod fit, propter tenacissimam partium cohæsionem quam neutiquam ignis dissoluere potis fuerit, nisi corrodantur. Ignis vero natura sua felicius agit in paululum ante divisa quam integra propterea que valde contumacia. Nihilominus sunt quædam, quæ vice versa reverberati postea corrodi desiderant, neque enim aliter in calces suas abeunt, nisi ab igne materiali prius aliquid passa fuerint. At de his prolixè præcipere velle commentarii leges transgrederemus, apud Autores enim usu receptum est, ut de peculiari calcinatione acturi, plerumque modos ejus simul indigitent, satis hic fuerit in generalibus operam posuisse, & ad autorum lectiones, vel potius ipsam praxin accommodasse.

Fitque vel Corrosione, vel ignitione.

Corrosio, est misti calcinatio, per res corrosivas,

Vel sic, Corrosio est Calcinatio res coagulatas per corrodentens spiritus in calcem reducens. Hæc quia non est vera rei solutio, ideo sub calcinationis doctrina merito de ea præcipiendum.

Fit hæc variis modis, potissimum tamen quatuor, videlicet Amalgamatione, Præcipitatione, Stratificatioue & Fumigatione.

Nonnulli eam in dichotomiam redigunt, ita ut corrosio alia sit Vaporosa, alia vero Immersiva. (a) *Vide de Fumigatione.*

Amal-

(a) Vaporosa corrosio est, quando corpora metallica in tenues laminas redacta per acrem corrodentemque fumum calcinantur.

Immersiva est quando corpora aliis rebus immersa in calcem rediguntur, estque humida vel sicca.

Humida est quando corpus liquori alicui corrodenti immergitur, indeque calcinatur, perficiturque amalgamatione, aut præcipitatione.

Sicca coorrosio est, quando corporibus calcinandis non humor sed ejus in locum corrodentes materiæ siccæ adjunguntur, quibus calcinantur, estque cæmentum & commixtio.

Amalgamatio, eſt corroſio metalli, per hydrargyrum. Seu argentum vivum.

Hæc metallorum propria eſt, nihilque aliud, quam earundem ſubactio in maſſam per hydrargyrum, ut aliquando calx fiat. Derivatur ab amalgamate ſeu potius malagmate, ſiquidem amalgama eſt cum adjectione litera à, & metatheſi ejuſdem, pro malagma. Quod amalgama à quibuſdam clarius ſic exprimitur: eſt metallum cum Mercurio incorporatum, ut inſtar butyri in vola extendi poſſit. Finis & uſus varius eſt in Alchymia, 1. ex ☉ & ☽ artifices per eam heterogenetiates tollunt, 2. inſervit præcipitationi ☉ cum ☿ pro impeto aureo, 3. multos in ☉ & ☽ uſus habet, ut ferme in omni operatione occurrat, in ♃ & ♃ (alia enim metalla non amalgamantur, ob prorſus alienam à ☿ naturam) pro oleo ex eis parando. 4. Aurifabris, pro deauratione.

Fit, quando metallum, excepto ferro, in tenues bracteas, vel laminas ductum, cum octo partibus plus minus Mercurii commiſcetur, ut fiat maſſa undique ſui ſimilis, ad metalli unitatem ſolvendam. Hydrargyro enim evaporato ſuper igne, metallum inſtar tenuis calcis relinquitur.

Adminiſtratio vulgaris eſt ita, aurum: argentum aut ſtannum (nam iis familiaris eſt hydrargyrus). rediguntur in lamellas, vel pulveres, aut elimatam ſcobem, hujus pars una miſcetur

illius

illius vel duplo, vel triplo, usque ad octuplum, massa inde facta effunditur in catinum intus creta obductum, penéq; candentem, bacillo ligneo probe subigitur, & agitatur, declinando tamen, ad evaporationem argenti vivi, ubi bene subacta sunt omnia, in aquam frigidam malagma conjicitur, exsiccatur, pars argenti vivi per corium hircinum, vel cervinum exprimitur, quod restat, tollitur aut sublimando invase, aut corrodendo per aquas acutas, aut exhalando super prunis.

Præcipitatio, est corrosio per aquas fortes.

Fit, quando corpora, *a* liquori corrosivo immerguntur, & postmodum corrosa & soluta, vel aquæ fortis abstractione, vel alio modo, in calcem repercutiuntur.

a *Mineralia & metallica.*

Præcipitatio non tantum est corrosio per aquas fortes, sed etiam per spiritus acutos, cæterosque liquores, vel eorundem abstractione, vel alio ἐγχειρήματι corporum in Calcem repercussio Spiritus acuti sunt menstrua potissimum ex mineralibus mediis, vel seorsim, vel conjunctim, certa proportione commistis, violentia ignis lege destillationum elicita. Horum varia sunt genera, pro natura rerum calcinandarum, & scopo artificis, ubivis in communi usu recepta, communiter ex simplicibus sunt, ut, spiritus aluminis, oleum acidum sulphuris, his accensentur cæteri liquores acres, ut acetum destillatum, succus limonum & berberum, muria, aquæ aluminosæ, chal-

chalchanthosæ, aqua mellis suo sale exasperata, Spiritus Tartari, & infinitæ aliæ aquæ, tam naturales, quam artificiales. Ex mistis, sunt aquæ fortes, ex alumine & victriolo, adjecto interdum sale vel sulphure factæ, Sunt aquæ regiæ, quæ regem metallorum nempe ☉ dilacerant. Principio itaque spiritus acuti corporis seu metalli compagem dissolvit, inque suam naturam aqueam consumit, quibus remotis, vel diuturnitate temporis defatigatis, Calx subsidit. Si vero post dissolutionem corporis aqua calcem non dimittat, solent artifices addere, quæ separationem faciant, videlicet, aut aquam communem affundunt, ut hac ratione obtura vis aquæ fortis calcem amplius non retineat, sed descendat, hoc est, præcipitium patiatur, adeoque sese manifestet. Aut salem addunt, vel aquam salsam calidam, sed diversæ materiæ diversas sæpe habent separatione ut pro argento solent injicere laminas Veneris, ad quas naturali inclinatione Lunæ calx se devolvit. Omnes istæ calces aquis segregatis, studiose per pluvialem, vel destillatam dulcem eluuntur, siccantur, & ad usus reponuntur. Non est autem in hac calcinatione negligendum, quin unicuique corpori calcinando, sua præsto sit aqua corrosiva, ne frustraneus plane, aut non speratus subsequatur effectus. Quemadmodum non eadem aqua fortis solvit argentum, quæ aurum, sic nec promiscue, quælibet corpora à quibuslibet corrosivis discontinuari desiderant possuntque. Sic alia aqua opus est, cum calx paratur in usum humani corporis,

corporis; alia cum pro medicina transmutatoria.

Stratificatio est corrosio per pulveres corrosivos.

Stratificatio licet propriè calcinatio dici nequeat, est enim tantum ad hanc consequendam subsidiaria operatio, itaque per se calcinationem non absolvit, quia tamen eidem inservit, id quod etiam amalgamatio facit, autor cum vulgo ad calcinationem refert.

Fit, cum crucibulum, pixis, vel olla metallo laminato & pulveribus corrosivis repletur, faciendo S.S.S. hoc est, ponendo aliquid de pulvere corrosiva in pixidem, & huic supersternendo tenuem laminam corporis metallici, & sic pergendo, donec vas referciatur. Postea ponuntur carbones per circuitum vel datur ignis reverberii paulatim augendo, ut res postulat: Dicitur etiam

Cæmentatio, eique affinis est

Cæmentatio est corrosio sicca, qua corpus aliquod metallicum cum salibus corrodentibus, aliisque rebus exsiccantibus stratificatum confringitur & calcinatur. Apparatus ejus est talis, Corpus metallicum cæmentandum in tenues laminas redigitur, & in frustula forcipe sciditur, species autem corrodentes pulverisantur, & aceto, urina vel aqua forti madefiunt, ut fiant instar pulticulæ, (nonnulli illis siccis utuntur)

Deinde

Deinde hujus, pulticulæ, vel pulveris aliqua portio pixidi cæmentatoriæ inditur, illique lamina superponitur, & laminæ alia pulveris portio aspergitur, & sic fit stratum super stratum, ut loquuntur artifices, usque ad summum vel circiter, pixis luto aliquo tenaci armatur, tegitur operculo & agglutinatur, atque igni, vel (quod satius est) suo furno imponitur, & secundum gradus cæmentatur quatuor, sex, octo, duodecim, vel viginti quatuor, horis, imò etiam aliquot diebus (pro re nata) inibi conservatur, dato tamen spiraculo in summo, vel etiam pluribus, si sales fugaces, ut ammoniacum, sal petræ &c. sunt in cæmento, alias opus disrumpitur. Tandem pixide infrigidata, eximitur, laminæque à pulvere separantur, quæ totæ confractæ ac calcinatæ inveniuntur. (a)

Com-

(a) Verbi gratia. Animus est præparare Crocum martis seu chalybis, idque per cæmentationem. Tunc accipio calcis vivæ recentis, quantum opus est, eamque urina aliquantisper viri madefacio, ut fiat instar pulpæ. Postea hac pulpa pyxidis cæmentatoriæ fundum ad digiti lati crassitudinem tego, eique laminas chalybis superaddo, & vas [uti superius dictum] impleo, ac luto obfirmo. Omnibus rite paratis pyxidem in furno nostro cæmentatorio

Commixtio, qua corpus corrodendum cum pulveribus corrosivis commiscetur, & igni postmodum admotum in calcem redigitur.

Hoc est quando corpori calcinando species quædam utpote sulphur, sal petræ, sal commune, vel alia commiscentur ac conteruntur, quibus igni admotis corpus in calcem reditur. (b)

Fumigatio

---

tatorio pono, ignemque tertii gradus ad quartum usque viginti quatuor horis continuum administro. Tandem exempto vase materiam in illo contentam in mortario probe contundo, & per setacium pello, ut fiat pulvis subtilissimus, ubi calcem à chalybe [illegible] calida abluo, residuumque arefacio, & accipio crocum Martis præstantissimum. Eo modo fit & crocus Veneris, qui multis operationibus inservire potest. *Rhenanus oper. Chymiat. lib.* I. §. 122.

(*b*) Exemplo res clarior evadet. Sumo Stibii, Salis petræ & salis communis partes analogas, easque minutissime tritas & commixtas, in tigillo, optimo luto munito, ita tamen ut in superficiei modio aliquod foramen parvulum relinquatur, per quod arsenicales & venenati spiritus exhalare queant, in furnum venti pono, ignemque

Fumigatio est corrosio metalli per fumum, vel vaporem aerem.

Fit hæc variis modis: In genere scire sufficiat, quod corpus metallicum in lamellas reductum, & per fumum calcinandum suspendatur,

---

ignemque fusorium accendo, & si libet follis etiam ministerium adhibeo, ut in tigillo sufficienter fluant. Hic autem studio animadvertendum est, quamdiu fumus per foramen illud in superficie relictum ascendat. Ille siquidem adhuc evaporans materiam non satis calcinatam esse subindicat. Sed quando omnes ejusmodi spiritus fumantes evanuerunt, ignem prope ad vivum adaugeo ad quadrantem horæ, ac tandem crucibulum eximo, infrigidatumque aperio, nec non materiam extraho; ubi antimonium in fundo à salibus sicuti regulum à scoriis, separatum invenio. Hoc antimonium à salibus malleo aliquo detrunco, atque in pulverem tero, qui instar cinabrii rubicundissimus, & in re medica nonnullis medicamentis præstantissimis conficiendis accommodatissimus est. Atque ut hic optimus ita & celerrimus est antimonium calcinandi modus, cum quod intra dimidiæ horæ spacium perfici possit, tum quod nihil salium secum retineat, sed à se protrudat. *ibid.* §. 123.

pendatur, vel super aquas fortes acetum, vel vaporem plumbi liquefacti, vel mercurii, vel similium rerum acrium: uti vulgo Cerussam parare consueverunt.

Fumigatio secundum duplicem fumi naturam duplex statuitur, quandoque enim sicco, quandoque humido vapores res peragitur. Siccus vapor *est mineralium, & potissimum argenti vivi & plumbi, tum ad nobiliora metalla hac ratione per alterutrumque calcinanda, tum etiam solius plumbi ad argentum vivum. Modus* prioris *est ejusmodi superfusum plumbum, aut argentum vivum calens in olla angustioris orificii lamina vel auri vel argenti superne apposita, vaporem ab alterutro adscendentem combibens friabilis fit, exindeque cum sale teri, & in calcem redigi potest.* Posterior *ratio est talis: in plumbum leviter sine ignitione liquefactum post primam, vel aliqualem refrigarationem fovea vel bacillo vel lapide imprimitur, in eamque adhuc calentem argentum vivum immissum, & post refrigerationem exemptum, repetitis postmodum aliquoties illis plumbi fusionibus, & hydragyro in foveam immisso, undique friabile fit, adeoque in pulverem seu calcem abit.* Vapor humidus *est liquorum vel aquarum acutarum suis halitibus corpora corrodentium. Sic lamella metallorum filo per foramen in ollam orificii angustioris, super acetum destillatum, vel aliam aquam stygiam suspensæ, ollaque probè obstructa in calidis cineribus, vel ventre equino aliquamdiu*

diu relicta, paulatim à vaporibus humidis subtus evaporantium liquorum superficietenus corrosæ, calcem acquirunt, quibus abrasis, prædictoque opere identidem repetito; tandem planè in calcem abeunt. (a)

Ignitio, est calcinatio per ignem.

Nulla fit absque igne calcinatio, si non actuali,

(a) Verbi gratia. Chalybem in crocum subtilem per vaporosam corrosionem, redigere gestiens, ita procedo. Primum paro Aquam fortem ex Salis petræ & Vitrioli ad albedinem calcinati partibus æqualibus, eamque in cucurbitam vitream fundo. Post in cucurbitæ superiore parte laminas Chalybis suspendo, lutoque orificium vasis obduco, ne spiritus aquæ fortis ullo modo exhalare queant, ac viginti quatuor horas in arena calida vaporare permitto. Deinde aperto vase laminas eximo, quibus crocus vel pulvis subtilissimus adhæret, quem lagopode detergo. Porro laminas iterum in dicto vase suspendo, & superiori modo procedo, idque tantisper donec nullus crocus ulterius à spiritibus extrahitur, aut in laminis reperitur. Sic Plumbum super aceto suspensum calcinatur in cerussam, sic cuprum super recrementis uvarum; atque ita reliqua metalla vaporibus corroduntur. *Rhenanus lib.* I.

li, tamen potentiali, si non immediatè tamen mediatè: Sic fumigatio est calcinatio per ignem, quamvis non immediatè, tamen mediatè. [*Sed tamen quia hæc manifestior est si per excell. dicitur.*]

Estque vel Cinefactio vel Reverberatio.

Cinefactio est ignitio qua corpora vegetabilia & animalis in cineres, igne violentiori rediguntur.

Mineralia (Chymico more loquendo) propriè non in cineres, sed in calcem redigi dicuntur. Ideo Cinefactio seu Incineratio definitur, quod sit ignitio, corpora vegetabilia & animalia vehementiore igne in cineres convertens. Ejus administratio est duplex, aperta & occlusa. Aperta, in qua materia viva flamma comburitur, ita ut fiat flamma quasi pabulum, usquequo in albissimum & perfectissimum cinerem redigatur, ex quo Sal elementaris tantum extrahitur. Occlusa administratio est, cum in olla apposito operculo, undiquaque luto agglutinatis commissuris in cinerem comburitur, atque hac ratione volatilia cum fixis figuntur. Ex quo extrahitur Sal essentialis, qui alkali dicitur, in hoc differens ab altero, quod quamvis in hac calcinatione omnis humor absumatur, tamen spiritus quidam figuntur & retinentur, unde & essentialis dicitur, quod aliquid de essentia retineatur.

Reverberatio, est ignitio, qua corpora, igne vivo, in furno reverberii, calcinantur.

Dicitur

Dicitur reverberium, ſeu ignis reverberans inde, quia flamma, ſive pruna ſit, ſive lignorum in ipſam materiam agat undiquaque, adeo, ut cum natura ejus ſit ſubvolare, hic cogatur replicare, & in ipſum vas reciproco curſu ſeſe intorquere. Componitur autem hæc reverberatio ex duplici motu, tum naturæ in rectum, ſurſum, tum violento in obliquum, deorſumque. Cum enim ignis materia ſit fumus, qui vaſtis voluminibus, ſi non datur exitus, in ſe revolvitur, motus iſte miſtus ei competit. Hæc ab artificibus in duas diſpeſcitur differentias, in reverberationem ſcilicet clauſam & apertam. Clauſa eſt, quando corpora reverberanda in furno reverberij clauſo calcinantur. Hac reverberatione ignis gradus ad amuſſim adminiſtrari poſſunt, ut calor intendi remittique poſſit, quod in vulgaribus non accidit. (a)

Rever-

(*a*) Verbo hanc Reverberationem aperiam. Theophraſtus Paracelſus in Chirurgiæ magnæ *lib.* 2. *tract.* 3. *cap.* 5. ubi tincturæ antimonii, quam adeo commendat, præparationem docere geſtit, modum ita obcurum, & devium tradit, ut Oedipo aliquo, ad illum intelligendum, opus ſit, quod & ipſe ultro fatetur. Hujus tincturæ præparationem, experientia freti, in medium producemus, noſtramque clauſam reverberationem ea declarabimus. Accipiuntur

Reverberatio aperta est, quando materia in reverberatorio furno omnibus foraminibus apertis calcinatur.

piuntur antimonii & salis armoniaci partes æquales, & in retorta positæ, igne forti propelluntur, ibi antimonium omne transit, nec quicquam, nisi feces turbulentæ in retortæ vase, remanet. Antimonium hoc modo per retortam dissolutum à sale armoniaco frequenti ablutione separo, ut dulce nulla salsedine infectum relinquatur. Hoc exsiccatum minutissime tero, & in Alcohol converto, nostroque reverberatorio impono, & accenso flammarum igne unum duntaxat fumarium aperio tantisper, donec nostrum antimonium, quod rubeum fuit, in albedinem convertatur. Quando album factum est, secundum fumarium aperio, quousque ignis auctior albedinem ipsi exuat, & flavedine ipsum decoret. Amplius apparente flavedine, tertio fumario aperto ad citrinum colorem illud promoveo, atque quarto ad perfectam rubedinem perduco. Huic antimonio rubeo spiritum vini ex vino factum affundo rectificatum, essentiamque sive tincturam clauso vase extraho. Quando spiritus vini amplius non tingitur colore rubeo, eum à tinctura abstraho. Hæc vera est antimoniis tincturæ, cujus Theophrastus mentionem facit, præparatio. *Rhenanus.*

calcinatur. Hæc reverberatio valde vehemens est, & utimur ea in corporibus duris & pertinacibus resolvendis.

Huc pertinet & *Desiccatio* humiditatis nativæ, ut fieri solet in sale, victriolo, alumine & similibus.

Malè autor hic vocat desiccationem humiditatis nativæ, melius enim & rectius dixisset humiditatis accidentalis, siquidem nulla talis desiccatio arte spagyrica comparari potest, quæ etiam humiditatis essentialis consumptionem, aut abolitionem denotaret. Nam impossibile est, ut essentia humiditate nativa abolita per se subsistere valeat.

CAPUT IV.

Ex Extractione.

EXtractio, est species resolutionis, qua corporis mixti partes subtiliores à crassioribus segregantur.

Hinc vocabulum Extractionis in latissimo sumitur significatu, ita ut non tantum pro essentiæ ex corpore per menstruum separatione, ubi postea separato menstruo vel evaporatione, vel Destillatione corporis essentia in fundo relinquitur, quæ Extractum vocatur; verùm etiam pro operatione quæ simul sublimationem & destillationem sub se comprehendit, accipiatur.

Eſtque duplex, vel generaliter, vel ſpecialirer ſic dicta.

Generaliter ſic dicta fit dupliciter, cum aſcenſione & deſcenſione, tum modo intermedio.

Vel ſic, aut ſine medio ut aſcenſione & deſcenſione, aut cum medio.

Eſtque illa vel ſicca vel humida.

Sicca Sublimatio, hæc Deſtillatio dicitur.

Sublimatio, eſt extractio partium ſubtiliorum ſiccarum, per ignem in ſublime elevatarum, & vaſi adhærentium.

Cum in ſublime quid evehitur ſuſtolliturque, illud Chymici ſublimationem vocant, quamvis non admodum latina dictione. Hinc puriori latinitati addicti eam Elevationem ſiccam (ut deſtillationem, elevationem humidam) nominant, ſublimatio ſiquidem maximè affinis eſt deſtillationi per aſcenſum, cum ut hæc, ita & illa requirant vaſa recta, & in eo ſaltem differant, quod ſicut in deſtillatione vapores, qui in altum tolluntur, in liquorem concreſcunt, ita in ſublimatione exhalationes ſiccæ adſcendunt, & in altum ſublatæ alembici lateribus inſtar atomorum adhæreſcunt. Vnde ſublimationem definimus, quod ſit operatio, qua corpus halitus ſpecie vi ignis in ſublime propellitur, ibique ab ambiente frigido congelatum ſubſiſtit, & à forma operationis ſublimatum nuncupatur, præcipitationique opponitur. Vaſa autem ſublimoria nunc altiora ſunt

sunt nunc humiliora, prout materia sublimanda magis vel minus volatilis est. Si enim sit volatilis, adhibendum est sublimatorium altius. Sin minus alte ascendat, humilius. Interdum plures ollæ in hunc usum paratæ adhibentur, & altera alteri imponitur, quæ omnes in parte superiore sunt perforatæ; superior solum clausa est, & in latere rostrum habet, ut si quid humidi adsit, exstillare queat. Adhibentur autem eo fine tot ollæ, ut magis purum & volatile in supremam ascendat ollam, quæ impurior vero & gravior, in imo subsideat. Porro sublimatio diversificatur secundum diversitatem spirituum sublimandorum, ut loquitur Geber, quædam enim fit cum ignitione forti, ut marchasitæ, magnesiæ & tutiæ; quædam mediocri, ut mercurii & arsenici, quædam cum igne remisso, ut sulphuris. Quomodo vero tota sublimatio instituenda in genere, hac vice, sufficiant ea, quæ author dixit, supervacaneum enim foret de variis & infinitis sublimationum modis hic præcipere velle, cum hi non aliunde quam ex ipsa ἐγχειρήσει magis innotescere possint, quam unicè Chymiatriæ studiosis commendamus.

Fit, cum res sublimanda præparatur, ut decet, nempe vel lotione vel calcinatione, tostione, coctione vel similiter, & postmodum vel sola, vel alii materiei permista matulæ inferius rotundæ aut latæ, ut media tantum ejus pars repleatur, imponitur, cumque hac aludel extra fornacem in altum pro-

tuberans, luto ſalſo conglutinatur, cui alembicus cœcus in medio vertice perforatus, ut ſpiritus humidi per foramen illud exhalare queant, ſuperſternitur. Datur poſtea ignis per gradus, oculuſque alembici, cum humiditas omnis expiravit, (id, quod vel vitro, vel lamina aliqua ferrea polita, quando ea adhibita halitu non amplius inficitur, animadverti poteſt) luto clauditur, ignisque ad ſpiritus in ſublime pellendos intenditur.

Cum igitur ſecundum Geberum, Sublimatio ſit rei ſiccæ per ignem elevatio, cum adhærentia vaſis, patet, quam male vulgo Deſtillatio & Sublimatio confundantur, & aquæ, quæ deſtillatæ ſunt, ſublimatæ vocitentur. Deinde notandum etiam eſt, quod hæc operatio Chymica, non novum ſit inventum, ſed & veteribus cognitum. Ita enim Cadmia paratur, teſte Galeno & Dioſcoride, & ex hac Pompholyx & Spodium iiſdem teſtibus.

Deſtillatio, eſt partium humidarum in halitus à calore extenuatarum atque elevatarum extractio.

Deſtillatio Græcis κατασταλαγμὸς dicitur, proprieq; ſignificare videtur paulatim fluere, & quia Alembicorum roſtra paulatim & guttatim ſtillant, ideo deſtillare dixerunt. Hæc inter operationes Chymicas ferè frequentiſſima & maximè neceſſaria eſt, ita ut tantus ejus ſit uſus,

ut

ut omnibus aliis operationibus inserviat , vel menſtrua præparando , vel eadem iterum ab eſſentiis ſeparando; nec non eſſentiarum extrahendarum gratia inventa eſſe videtur. Quamvis nomine Deſtillationis alii aliter utantur, nonnullique deſtillationis vocabulo totam artem chymicam intelligant, hic tamen magis proprie Deſtillationis nomen ſumitur.

Verum eſſe, quod Ariſtoteles 4. Meteor, dicit, μιμεῖται ἡ τέχνη τὴν φύσιν, id vel ex hac operatione praxeos chymicæ vulgari conſtat. Sicut enim vapores ex terra, radiis ſolaribus in mediam aeris regionem ſubvecti, ejuſque plagæ cœleſtis frigiditate denſiores factæ, in pluviam faceſſunt ita;& Chymicus artifex, ex rebus halibilibus & vaporabilibus, ignis miniſterio, tenuium ſpirituum à craſſioribus partibus ſeparatione, & ad frigidas capitelli cameras elevatione, eſſentiam earum, forma liquoris elicit, Sic in humano corpore, cum ἀναθυμιάσεις ex inferioribus partibus, in aeream microcoſmi plagam, tanquam in alembicum efferuntur, ejus frigore, in excrementum pituitoſum & mucoſum condenſantur, unde poſtea perennis ejus in nares, palatum, aut alias corporis partes fit deſtillatio & defluxio. Hinc fit, quod in ciborum elixatione, ollas operculo claudamus, ut quidquid vaporum in aquam concrevit, in ſuam originem poſtliminio revertatur. Et quando dapum calorem fovere

volumus, patinas quibus eæ apponuntur aliis cooperimus parofidibus, unde vapore ciborum ab illarum ἄνω ἐσχάτῃ frigida incraſſati, globatim delabuntur.

Eſtque Deſtillatio, pro diverſo vaſorum poſitu, ut alias multas differentias taceam, vel Recta vel Obliqua. Illa fit per Alembicum, aut Veſicam, hæc per Retortam in rebus præſertim ſpiritus contumaciores foventibus.

Ex diverſitate materiarum etiam diverſa ſeparandi ratio inventa, & ne huic arti aliquid deeſſet, artifices varios deſtillandi modos & genera finxerunt, quibus tandem voti compotes f *acti. Nam alta in halitus & vapores ac ſpiritus facile converti poſſunt, ex altis non niſi majore ignis vi halitus eliciuntur, atque halitus illi caloris beneficio elevati, vel facile in ſublime feruntur, & ſurſum tendunt, vel ob gravitatem deorſum feruntur, vel medio modo ſeſe habent, & in ſublime quid nonnihil elevantur, ſed tamen locum minus altum non aſcendunt. Hinc ignis patens dat majorem calorem, minorem arena, adhuc minorem aqua, At hæ differentiæ omnes ad tria genera non incommode redigi poſſunt, & triplex conſtituitur deſtillatio, per Adſcenſum, ad Latus, & per Deſcenſum; velut autor diſtinguit in Rectam & Obliquam, hanc viciſſim vel per latus, vel per retortam. Recta eſt, qua partes humidæ ſubtiliores in æthera elevatæ, & frigidis alembici cameris adhærentes*

tes in humorem condensantur, atque per ejusdem canalem guttatim in appositum vas destillant ac dilabuntur. Fit autem illa hoc pacto, Materia destillanda inditur cucurbitæ non nimis altæ, sed satis amplæ, (requirit enim cucurbitam rectam, sive ut quibusdam placet, matulam, vel ampullam, ex materia rei operante melius inserviente, cum suo pileo rostrato i. e. alembico) & imponitur alembicus magnus, qui spiritus ascendentes facilius capiat & in humorem resolvat. Postea pro ratione rei elevandæ ad calorem adæquatum ponitur, apposito receptaculo humorem delabentem accipiente, omnibusque juncturis probè clausis ignis accensus secundum gradus adhibetur eo usque, quo omnis humiditas alembicum transcenderit. Prætereà ad hanc formam referri possunt, Destillatio per campanum, qua oleum Sulphuris præparatur, & Destillatio per patinam, quæ una cum floribus odoriferis (quibus præcipue inservit) super fornacem cum lentissimo igne collocatur, & supponitur alia patina per quandam inclinationem cum interposito linteo, quod recipiens vapores adscendentes per linteum in ollam suppositam guttatim demittit. Destillatio obliqua per Latus est, quando humor ex vase in latus inclinato prolicitur. Hæc præcipuè usum habet in mineralibus, nonnunquam etiam in vegetabilibus quibusdam, ut in lachrymis arborum, gummi & ejusmodi quæ quia gravia sunt, ægrè ascendunt. Vas, per quod hæc destillatio peragitur, seu vitreum, seu terreum sit, nonnulli cucurbitam incurvam alii

Bociam contra bociam nominant. Ponitur autem Retorta plerumque in ignem patentem, interdum in cineres, ſæpius in arenam, unde ferè ſecundo, tertio, aut quarto caloris gradu hæc Deſtillatio opus. Et tandem deſtillatio per retortum eſt, quãdo humor ex retorta propellitur igne patente. Ejus autem apparatum hic deſcribere ſtudio ſuper ſedemus, cum is apud autores paſſim reperiatur. His omnibus apponenda ſunt ſua receptacula ſecundum diſcretionem artificis, maximè reſpicientis materiam elaborandam. Nam quædam requirunt neceſſariò magna receptacula, ſiquidem parva rumpentur, ut oleum Antimonii, Vitrioli &c. quædam parva, ut aquæ communes, & ſpecies.

Huc pertinet Rectificatio & Cohobatio.

Rectificatio eſt repetita liquorum deſtillatio ad eos magis purificandos *a* & exaltandos. Perficitur tamen hæc etiam quandoque Digeſtione & ſicca cum rectificanda ſunt, ſit illud repetita ſublimatione.

a *Id eſt, ad vires ejus magis reddendas efficaciores.*

Rectificatio ad deſtillationem pertinet, (quamquam interdum re.teratio ſublimationis rectificatio nuncupetur) ſeu potius uſus eſt deſtillationis repetitus. Hinc rectificatio alias ab artificibus donata vocatur, reſpectu ſcilicet effectus, quem producit. Vſum tantum habet in liquoribus, nimirum ut alienitates ſeparentur, ut phlegma à ſpiritu vel oleo vel contra. Magnum etiam in acuendis, cum ſale ſuo proprio, ſpiritibus, u-

ſum

sum habetiimmo tam necessaria operatio est hæc, ut sine ea raro perfectum medicamentum à Destillatione producatur. Eundem tamen habet instrumentorum & operationis apparatum, qualem Destillatio tam per ascensum, quàm per latus, nonnunquam vero per descensum possidet.

Cohobatio, est distillationis reiteratio, qua liquor destillatus rursus fecibus reaffunditur, & denuo destillatur. Fit autem fecibus prius tritis, & humore, paulatim ut macerentur, imbutis.

Quemadmodum omnis maceratio continuata menstrui sui præsentia materiam mollificat, & ad separationem cogit, sic cohobatio multiplici sæpius repetita menstrui affusione idem præstat. Cohobatio igitur parumper à maceratione distat, nisi quod hæc requiem, illa continuum motum requirat; suam itaque usum destillationibus proprium facit. Estque nihilominus partium corporis ob frequentem vehiculi affusionem ejusdemque exinde beneficio Destillationis prolectationem, solutio seu corruptio. Finem promittit duplicem, aut enim materia aliquid vel virium vel substantiæ in menstruum sæpius aggestum & evocatum simul transmittit; aut vice versa ab eodem sibi nonnihil identidem retinet. Illo modo etiam fixa redduntur volatilia, hoc volatile fit fixum.

Extractio generaliter sic dicta, quæ fit descensione, est duplex, vel calida; vel frigida.

Causa destillationis per descensum secundum Geberum, est, ut ex vegetabilibus oleum eliceatur, nam pinguia difficilius adscendunt propter pondus, infrà verò facilè dilabuntur.

Calida est, qua partes subtiles à grossis per descensum, mediante igne, separantur, unde etiam destillatio per descensum dicitur, & in picis confectione adhibetur, cum ex strue tædarum concisarum, obstructis undique spiraculis, igneque intra acervum succenso, pix defluit, ut videre est apud Plinium *lib.* 11. *cap.* 16. & Mathiol. qui operationem hanc exacte describunt.

Destillatio per Descensum calida secundum breviores lineas sic describi potest; quod sit liquoris è corporibus dissoluti inverso vase extractatio. (a)

Vide

(a) Dissoluuntur autem inprimis hac descensione omnis generis ligna, ossa & alia quorum liquor propter gravitatem ascendere nequit. Et fit hoc modo. Accipio cucurbitam terream, eique dissolvendorum fragmenta impono, eaque, ne inversa cucurbita decidant, nonnullis majoribus fragmentis vel bacillis transverse juxta se positis tego. His peractis, aliam cucurbitam, in qua parum aquæ sit, huic inversæ applico, ita ut superior exacte cum inferioris

Vide Geberum & Iohan. Bapt. Portam.

Frigida est, qua per descensum absque igne, partium subtilium à crassioribus fit separatio.

Estque vel Filtratio, & Deliquium.

Filtratio est, qua humores aquosi per tritorium, aut chartam emporeticam, in modum infundibuli convolutam, aut manicam Hippocratis, laciniam, aut simile quiddam, relictis in filtro aut vase, partibus crassioribus, percolatur.

Apparatus ejus principaliter sic habet. Charta emporetica convolvitur, aut complicatur, vel loco ejus pannus villosus consuitur in sacci formam, aut vasi applicatur, veluti in fundibulo, &c. Liquor infusus sinitur paulatim in excipulum destillari. Quod semel traductum est, nisi sit

rioris orificio conveniat, sed inter utramque laminam aliquam satis fortem ferream instar lancis concavam, & perforatam collocatam esse decet, quæ decidentia fragmenta, ne in suppositum vas dilabantur, detineat. Tandem optimo luto clausuras obfirmatas arefacio, vasque in suo fornace pono, & vas recipiens in arena vel cineribus colloco, ut ab ignis violentia tutum humorem depressum eo facilius recipiat, *Rhenanus*.

sit purum est, iterum percolatur. Quod resistit spissamentum, abraditur, si utile est, vel eluitur, aut si liquori plane transitus denegetur, mutanda est charta. In aliquibus adhibenda expressio est; Quæ autem sine expressione filtrantur, fiunt clariora, quæ cum expressione, turbidiora. Quædam non semel, sed sæpius, ut clarescant, filtranda sunt. Si lenti sunt succi, etiam calor admovetur. Porro laciniæ seu panni ita sint comparati, ut inferiores densiores sint superioribus. Ita enim maximè liquor depuratur.

Deliquium est, cum immundæ calces, sales & similia liquabilia, seu per se, inclinatæ tabulæ marmoreæ aut vitreæ imponuntur, vel sacculo inclusæ suspenduntur, ut in aere vapido tabescentia, purum succum emittant. Fit tamen interdum, ut nulla fiat partium segregatio per deliquium, uti quando sales repurgati, aut similia in cellam, seu aut alium locum frigidum humidum collocantur, & ab humiditate externa, quæ in ea prompte se insinuat, in liquorem qui in subjectum vas descendit & defluit, resolvuntur.

Peculiare liquationis genus est deliquium, ubi corpora coagulata cellæ, aeri, puteo aut alii frigido & humido loco super marmore, tabula vitrea, vel in manicam Hippoc. (ut vocant) exposita, externæ humiditatis hisce corporibus esse adjungendis adjuvamine, in liquorem resolvuntur, & in subjectum vas defluunt, atque

Destil-

destillant. Resolvuntur autem in frigido potissimum pulveres calcinati, salia, & ejusmodi alia corpora salium naturam redolentia. Nisi quod calces resolutæ post se relinquant terram mortuam. Sales vero totaliter colliquescant. Sed omnia quæ in frigido resolvuntur in calido rursus coagulantur. Hujus loci est purgatio salium ab omnibus impuritatibus, frequentia enim Deliquia subinde evaperato liquore extraneo, paulatim terras damnatas abjiciunt, salesque omni terrestreitate abjecta crystallinos, id est, translucidos faciunt. Apparatus hujus deliquii est multiplex. Nam interdum quod deliquescere in aëre volumus, vel tabulæ marmoreæ, vel vitreæ, vel ferreæ stanno inductæ, inspergitur, cujus latera cera inducuntur atque lapidem vel tabulam eo locamus situ, ut ex superiore parte, ubi posita res est, in declivia ad unum exitum liquor decurrat, & excipiatur admoto vasculo. Ponitur tabula in locum subterraneum, & callam frigidam. Optimè autem fit ac instituitur mensibus Iunio, Iulio & Augusto, quo tempore cellæ sunt frigidiores. Nonnunquam materia includitur vasculis & suspenditur alicubi ad vaporem seu in puteo seu balneo roris. Interdum etiam guttæ aliquot aquæ vel alterius liquoris convenientis calci vel sali insperguntur, ut solutio eo citius fiat. Quod si liquorem simul alteratum cupimus tinctumque, seu odore vel alia qualitate; rem liquidam exponimus decocto herbarum convenientium, vel musto fervescenti & similibus.

Præter-

Præterea tempus deliquii, est indeterminatum, ratione enim satis puri vel impuri brevius & longius requiritur, prout etiam pulveribus calcinatis multum vel parum salis insit, nam quo sal est purior, subtilior & copiosior, eo citius in deliquium abit, atque liquor funditur, quippe quum omne deliquium sali debeatur. Tandem vasa deliquiis destinata, densa & sine poris oportet ut sint, ne videlicet liquorem transmittant.

Extractio, quæ fit modo intermedio, est qua rerum liquidarum vel siccarum humectatarum partes puriores ab impurioribus sine destillatione & sublimatione separantur. *a*

a *vel extrahuntur.*

Chymiatri in eo præcipuè laborant, ut formam illam rerum naturalium, à qua præcipua in medendo efficacia, ac sua propria materia, à fece crassiore, & inutili terrestri ac aquea materia separent, id quod præcipuè variis extractionis modis cum dexteritate summa perficere cogantur, hac enim operatione essentiæ ex corpore per menstruum quoddam idoneum & determinatum (nam unus idemque liquor quamcunque ad se non trahit, sed certus certam) facta separatione eruuntur, & postea mediante evaporatione vel distillatione in fundum relinquuntur, ac tum propriè Extracti nomine gaudent, alias cum adhuc sub forma liquidiore est, & cum menstruo conjunctum, etiam colorem rei habet,

bet, peculiari nomine Tinctura appellatur. Deinde notandum, etiamsi autor, nonnullique alii, inter extracta etiam ea numerent, quæ è succis liquidarum, seu viridium herbarum expressis & depuratis conficiuntur, tamen, quæ ex rebus siccioribus, interveniente aliquo liquore, quem menstruum artifices vocant, præparantur, proprio extractionis titulo sunt insignienda. Nisi enim res, ex quibus extracta parare cupimus, prius exsiccentur, humidum illud superfluum & alienum impedimento est liquori extrahenti, ne in penitiora sese insinuare possit.

Qualis autem menstruorum in extrahendis rebus electio esse debeat, de iis infra ad caput 9. præcipiemus.

Species illius tres sunt, Digestio, Putrefactio, Circulatio.

His speciebus res propriè non extrahuntur, sed dumtaxat qualitercunque coquuntur, ut infra ex ipsomet autore hinc inde colligi potest. Quamvis interim, quod ea fiant propter extractionem, non negemus.

Digestio est, qua res calore digestivo, ad modum naturalis ciborum digestionis in ventriculo coquuntur sive maturantur.

Tanta est inter digestionem & macerationem affinitas, ut sæpe ab autoribus pro uno usurpentur, nisi quod ratione finium discrepent. Hujus digestionis vis, & efficacia ea est, ut etiam corpora alioquin durissima,

ma, quæ nullo modo macerari possunt, molliat, atque ita intractabilia penetrando seu digerendo evadant operibus apta & mitiora, & si quid inest semicocti perducatur ad partium absolutarum conditionem, ut postea eo abundantior sit essentiæ messis. Et sic digestio conjuncta cum maceratione admoto competente calore ipsum corpus molle ac tractabile reddit, & penetrationem menstrui admittit, & tincturam eidem libere transmitit, simulque quod adhuc feculentum est in rebus separat, ad fundum quod grave & terrestre præcipitat, levius, aut spumam, superficiei innatare cogit, idque vi & efficacia externi caloris, & quidem concoquentis. Insuper digestio spissos humores subtiliat, aquositatem restantem in succis concoquit, acerbitatem mitigat, opaca illustrat. Atque ex his cuivis est facilè videre, in quibusnam digestio & maceratio differant, & si macerationi addatur digestio, quid præstet. Administratio ejus talis est, Res digestioni exposita ponitur in vitrum bene clausum, collocaturque in B. M. vel alium locum calidum. Ita enim calore lento in materiam agente impuritates graviores, terrestres & substantiales separantur, atque alienæ qualitates tolluntur.

Qua ratione enim ventriculus, calore suo moderato, cibos crudos exceptos digerit, & in chylum concoquendo transmutat, ut seclusis fecibus & in intestina amandatis, ex illo ab hepate, benignioris, puriorisque substantiæ fiat extractio, ita etiam per calorem cuivis

cuivis rei competentem, Digestio subtilia à grossis separat; quæ crassa sunt, incidit & attenuat; quæ cruda coquit; quæ acerba, mitigat ac edulcorat; adeoque omnia taliter elaborat, ut ex digestis copiosior semper essentiæ messis speranda sit.

Administrationem ejus doctissimus Libavius describit hunc in modum. Res digerenda vasi tanquam ventriculo includitur, undique stipatis accessibus, nisi cum divaporatio est conjuncta, ut in empyreumatis correctione, coagulatione & similibus. Tunc enim exiguum foramen in operculo relinquitur, & justum tempus observatur, ne quid de substantia pereat. Quod si est merus succus aut liquor, res plana est: Sin minutal herbarum & similium, vel proprius succus relinquendus est, vel foris analogus humor addendus, quod tamen nonnunquam fit etiam in diversi generis liquoribus. veluti cum olea digeruntur cum vini spiritu &c. Ubi proclivitas est ad putredinem, nec adjectum menstruum ei satis cavere potest: (Non enim debet fieri putrefactio, cum quid digerimus, licet digestio possit esse ad eam via) sal addendum est. Ita apparatum vas collocetur in foco digestorio caloris competentis, ibique sinatur usque ad quæsitum finem, qui diversus est, pro multiplici usu digestionis. Exempli gratia: Herbæ recentes suo succo madidæ, è quibus destillatione elicienda essentia est, macerantur

cerantur triduo, ſiccæ vino reſperſæ, ſeptendio: Semina & aromata dimidium menſem: Radices per menſem, ſiquidem ſunt ſiccæ: Mineralia per menſem Philoſophicum, qui eſt dierum quadraginta, aut etiam diutius, profirmitate & ratione menſtrui. Quædam hic macerantur, aſperſa vino græco, ut aromata aliquando, quæ irrigata uſque ad ſiccitatem digeruntur, poſt pulveriſata & denuo conſperſa macerantur ſecundo. Ita ſoliditas & raritas etiam diſcrimen facit. Aquæ deſtillatæ digerendo ad Solem, rectificantur per medium menſem vaſe clauſo, ita ut duæ partes ſint plenæ, tertia vacua, & nonnunquam arenæ infodiatur parte vitri tertia, id quod in frigidis potiſſimum ſpectare jubent artifices. Calidæ vero aquæ & olea rectificantur in arena frigida, item tertia parte ſepulta, &c. in cella vapida per menſem. Si humor alienus addendus, talis eſto, qui digeſtionem juvet, citra corruptionem ſubſtantiæ. Et hic, ſi eſt alienior, ſeparatur officio peracto, ſin paucus, & familiaris, aut etiam alterabilis in naturam digeſti, relinquitur. In denſis eſt acrior & nonnunquam corroſivus, ut acetum, vini ſpiritus, vinum forte, &c. In aliis mitis, ut aqua deſtillata pluvia, roſacea, &c. nonnunquam oleum certi generis. Interim quæ alienæ naturæ ſunt, & per digeſtionem ſeceſſum fecerunt, ſeparantur.

Ancillatur autem Digeſtio non tantum deſtilla-

deſtillationibus aut extractionibus, verum etiam rectificationi, coagulationi, fixationi, calcium per aquas fortes præparatarum edulcorationi, & appellatur Maceratio, quia hæc etiam vim habet penetrandi, rerum compagem reſerandi, & impuritates ſeparandi.

Putrefactio eſt, qua miſtum per putredinem naturalem, humore ſiccum terminans vincente, & externo calore fortius, quam interno operante, reſolvitur, ad eſſentiam ab heterogeneis extrahendam & ſegregandam.

Modus eſt talis: Quod putrefaciendum eſt, præparatur ut decet, eique in cucurbita vitrea, ſi vel ſiccum ſit, vel humiditate ad putreſcendum ſufficienti non abundet ὄχημα quoddam ſeu menſtruum (ita in genere à menſe putrefactionis, liquor omnis appellatur, rerum extractioni inſerviens, ſive is ſit ejus rei proprius, ſive analogus, ſive aqua conveniens,) quod exceſſu ſuo miſti ſiccitatẽ auferat, τὴν μίξιν referet, exeuntem eſſentiam ad ſe alliciat, eamque integram & incorruptam, ad extractionem uſque conſervet, ſuperfunditur: & ne calor cum ſuo humido exſpiret, vas Hermeticè clauditur, poſtea in ventrem equinum, aut ejus *a* vicarium ponitur ejuſque calor ad tempus præfixum conſervatur.

a *ſcilicet B. M.*

Putrefactio eſt corporis concreti diſſolutio per putredinem

tredinem naturalem in calore humidu ſubſtantiam ipſam corrumpente, ejuſque penetralia reſerante.) Dicimus putredinem naturalem, quandoquidem hic præcipuè natura cooperatur, à calore enim externo calor internus ſeu connatus excitatus, indeque robuſtior factus, omnium partium reſolutionem molitur, quam tandem humore adjuvante, & corpus ſiccum exuperante, continuatis putrefactionum gradibus, abſoluit. Omnem enim rem putrefaciendam humore abundare, atque adeo ſiccum terminans vincere oportet, cooperante calore externo, hinc calor innatus cum humido ſuo ſubſtantiali à miſtis ſegregatur, ſuamque homogeneam conſervans ſeorſim conſiſtit. Quibus omnino ita conſtitutis, facilior poſt modum ſeparatio ab arte abſolvitur. Ad hujus autem operationis μεταχείρησιν ritè, recteque complendam, canones ſequentes obſervatione digni ſunt.

1\. *Putrefactio eſt merè naturalis, curioſæ itaque præparationes hic potius abſunt quam proſunt, quo circa ſolius naturæ curſui ſtudendum.*

2\. *Omnis putrefactio naturalis calore humido perficitur: Hæc itaque artificialis præter B. vel ventris equini calorem nullum requirit.*

3\. *Tota non facilè putreſcunt. Non n. ab ambiente vincuntur facilè, ſeparata ergo eſſe oportet.*

4\. *Omnis putrefactio fit in humore materiæ intrinſecus adjuncto, hujus nimirum beneficio partium abjectio introducitur: Homogeneus eſt rei congenitus, qualis eſt ſuccus herbarum recentium*

centium; adventitius vero est eidem rei analogus, estque plerumq; aqua; qualis qualis sit, imprimis ne noxam inferat, cavendum, Satis n. est si conclusa corporis claustra referat, ut hoc modo in apricum producantur, quæ antea sub naturæ involucris latitabant. Hinc apparatus omnis putrefactionis enascitur talis, aut corpora recentia seu sunt herbæ flores, radices, &c. incisa & conquassata humore actuali & proprio, aut sicca pulverisata, & contusa analogo liquore perfusa in ampullam putrefactoriam, vel cucurbitam imponunturo, sculoque bene obturato, ne quid peregrini inspiret, vel interni exspiret, in B. vel fimum equinum ad putrefaciendum, reponuntur. Putrefactionis tempus generaliter est mensis, sæpè tamen spacio suo non determinatus, siquidem res omnes putrefaciendæ ejusdem naturæ non sunt, hic igitur ars unicuique rei subjecta natura sua putrefactioni tempus commensurabile reddit. Vbi tamen inprimis observandum, ne resolutio fiat totalis, quæ enim propter institutum facta, plus laboris facessit, & nonnullæ partes alioquin conservandæ, prorsus pereunt. In putrefactione herbarum, vel florum, ad eliciendum oleum copiosius interdum adjicitur vel Sal, vel victriolum, vel alumen, vel tartarus, hoc enim modo putrefactio acceleratur, mistio citius absolvitur, materiaque à putrefactione fœtida, quam inprimis vitare jubent artifices, vindicatur, in quem finem nonnulli portiunculam Fermenti acris superaddunt.

Propruim

Proprium autem putrefactionis est, & calores, & odores, & sapores rerum immutare, earumque natura veteri destructa, novam generare.

Circulatio, est liquoris, ab elementis depurati, in pelicano, per varias circumvolutationes aut rotationes, quibus impuritates residuæ prorsus auferuntur in gradum præstantiorem, conversio sive exaltatio.

Circulatio nihil aliud est, quàm species seu modus digestionis, atque ita reipsa à digestione non differens Hanc nonnulli etiam Pelicanationem, à vase, in quo perficitur, nominant. Ejus vices supplent alioquin Alembici cæci, haud absimili modo discursibus spirituum inservientes, eosque cohibentes Est itaque Circulatio liquoris puri, per circularem destillationem in Pelicano, vel alembicis cæcis, agente calore, exaltatio. Vas hoc Circulatorium Hermeticum quoque nominari solet: ipsa Signatura item Hermetica, qua adeo exactè clauduntur juncturæ & foramina, ut ne subtilissimo quidem halitui possit esse transitus, idque vel luto fit, vel strictura ferri candentis. Insuper Aves Hermeticæ nihil sunt aliud, quàm spiritus illi intra sphæram circulatoriam contenti ascendentes, modo versus cœlum, modo se contorquentes, & per gyrum in terram revertentes. Inde tamen circulatio chymica non est nuda vertigo, sed conjuncta alterationi & generationi, cum ex corrupto inferiore existat prodeatque tandem nobilius. Diximus

liquoris

liquoris puri, hoc est, qui jam ab omnibus fecibus est depuratus, ut sunt, aquæ spiritus, & olea destillata, quorum summa saltem quæritur subtiliatio. Ita spiritus vini jam rectificatus circulatione in optimam, quam quintā nominant essentiam, transire dicitur. Instituitur autem Circulatio, vel circa quintas essentias faciendas, ubi totalis fit impuritatum ablatio, & tunc procedit digestio, vel etiam ad figendum usurpatur, & tunc sublimatione perficitur. Hinc facile intelligi potest, qui sit ejus apparatus. (a)

Fit

(*a*) Circulatio est exaltatio res exaltandas in vase circulatorio circumvolutas, abjectis impuritatibus, (quæ alioqui à puro separari nequibant) in gradum præstantiorem convertens. Et fit ita. Accipio rem exaltandam, ponoque in vase circulatorio, idque Hermetice claudo, ac in arena vel balneo colloco, & eousque in eo detineo, donec metam suam assecuta est, v. gr. Multum operæ & studii in vera spiritus vini extractione impenditur, ut ille sine omni phlegmate haberi possit. Quotiescunque enim levatus fuerit, semper aliquid phlegmatis secum ducit. Proinde circulationis modum hujus exemplo demonstrabimus. Sumitur vinum generosissimum, quod ad manum esse potest, illudque in capaci circulatorio funditur sigilla-

Fit ita, Sumitur liquor exaltandus, includiturque Pelicano aut vaſi circulatorio, quatuor aut quinque ejus partibus relictis vacuis, & ponitur in fimum vel balneum, ad altitudinem liquoris attenuabilis, vel paulo profundius, adeo ut reliqua vaſis pars in aere frigi-

---

ſigillatoque orificio in balneo maris ad 14. dies ponitur, ut continuè aqua ferveat. Poſtea eximitur & in phialam funditur, calidumque hyemis tempore in frigida nivali aqua, appoſito & agglutinato alembico cum receptaculo, æſtate autem in cella, vaſi conchas glaciales continenti imponitur, & ſpiritus purus, atque ab omni phlegmate liber alembicum tranſcendet, & in receptaculum dilabetur. Quando nihil amplius aſcendet, receptaculum amovetur, phialaque eximitur cum vino, quod nullum verum ſpiritum, ſed tantum vinum aduſtum (ut vocat Theophraſtus Paracelſus) continet. Spiritus hic vini adhuc in circulatorio poſitus, tamdiu rotatur, donec amplius de vitro in vitrum fundi nequit, ſed per deſtillationem ſeu humidam elevationem promovendus eſt. Quando autem materia, in quam agere debet, receptaculo imponitur, facile illam amplectitur, & fugam relinquit. Modus hic albo calculo (ut ajunt) notandus eſt. *Rhenanus*.

frigidiore extet, ut à fundi & laterum calore fiat attenuatio; à verticis vero frigore, coagulatio, detineturque ita dictum vas, in calore moderato & continuo, donec Artista finem suum sit assecutus, fecibus in fundo vitri, subsidentibus.

Huc non immerito referri posse videtur & FERMENTATIO, licet interdum per eam, non tam fiat conspicua salubrium partium, à crassioribus segregatio: quam potius nobilissimæ essentiæ extrahendæ dispositio.

Est autem exaltatio rei in substantia, per quam mediante digestione, calor agens exuperat, inque naturam suam vertit patiens.

Cæterum quæ fermentantur, sunt vel liquida, vel solida. Quæ Liquida sunt, vel talia sunt simpliciter; ut aqua, quæ etsi frigida sit tamen cum corpus sit ex quatuor elementis non dubitandum est, quin etiam suum obtineat calorem, vinum, vel spissa & mollia, ut mel, sapa. Liquida quæ sunt simpliciter talia, si sint simul calida, per se fermentantur, ut vinum pyraceum, pomaceum. Quæ autem frigida sunt, ut succi expressi frigidi, opus habent additione rei externæ, ut feculus vini, cerevisiæ, sale, vel acciditate aliqua, ad accelerationem ebullitionis & fermentationis. Spissa autem & mollia, sequentem in modum fermentari possunt. Recipe verbi gratia, Mellis libras X. *a* his adde libras quinquaginta aquæ. Stent in calore moderato per diem naturalem: deinde lento

igne simul bulliant, & despumentur. Tertia pars exhalet, *b*. Vel cum liquor effervescit, ovum imponatur recens, quod si sursum fertur, perfectæ coctionis signum est. Tum liquor ab igne remotus, calide per duplicem pannum trajiciatur, & ad solem *c* in vase idoneo, additis ℥ij Salis Tartari, vel Salis communis, vel ℥j alicujus aciditatis, ponatur, & sic per quadraginta dies aut circiter, donec liquor fit clarus, vinique odorem referat, bulliat. Tunc enim vas claudendum, & hydromel in cella usui reservandum.

Quæ solida sunt & dura, ut semina, triticum, fœniculum, anisum, baccæ juniperi, aromata, &c. comminui debent, iisque aqua affundi, & sal proprius, vel analogus, acciditas, vel feces cerevisiæ vinive, ad fermentationis accelerationem addi.

Quæ vero durissima sunt, ut lapides: prius calcinari, postea fermentari debent, ut in sequentibus corallis & plumbo dicetur.

a *Expeditior est ratio, si octuplum aquæ ad unam mellis sumatur. Hic notandum, quod Quercetanus semper Tartarum crudum, diligenter autem purgatum, ad conficiendum hydromel sumpserit.*

b *Imo media pars.*

c *Vel ad fornacem hyberno tempore.*

Extra-

Extractio specialiter sic dicta est, qua è nisto, partes subtiliores à menstruo aliquo apprehensæ, elementari crassitie in fundo reicta, extrahuntur, & in syrupi aut Sapæ consistentiam, Destillatione, vel Evaporatione coagulantur.

Fit, cum materia tincturam habens, in menstruo convenienti infunditur, clausoque vase ad digestionem ponitur. Postea eo aperto menstruum colorarum, per inclinationem separatur, affusoque alio, vas clausum, ad digestionem rursus ponitur, idque oties repetitur, donec menstruum non amplius tingatur. Porro depletiones filtrantur, irculantur, & coagulantur, menstruo ad oleiformem consistentiam, vel etiam interdum ad siccitatem, pro rei natura & usu, detracto.

Vt res hæc Philosophicæ Medicinæ initiatis magis innotescat, agedum exemplo quodam vulgari magis eam illustremus. Sumatur Rhabarbari quantum placet, illique pulverisato tantum aq. endiviæ vel buglossæ, borrag. aut alterius convenientis affundatur, ut quatuor digitis illi supernatet, clausoque vase per quatriduum, ad digestionem in B. collocetur, postea aperto vase, per inclinationem liquor coloratus radice separetur, affusoque novo liquore vas clausum rursus ad digestionem ponatur, idque tantisper, donec liquor non amplius coloretur. Tunc enim omnis tinctura & essentia è Rhabar-

baro extracta est. Porro confusis omnibus extractionibus, liquor, seu menstruum in B.M. abstrahatur, residuaque essentia in vitreo vase ad usum reservetur, quæ in evacuanda bile & aliis effectibus plurimum potest.

CAPUT V.

De Coagulatione.

HActenus dictum est de Solutione, ejusque specibus, sequitur nunc de Coagulatione.

Coagulatio, est principalis operationum Chymicarum altera, qua res molles & liquorosæ, è consistentia tenui fluidaque, in solida, per humiditatis privationem, coguntur.

Hæc etsi fere inseperabiliter cum solutionis speciebus, uti præcipitatione, amalgatione, sublimatione, destillatione, &c. cohæret, tamen ea peculiariter fit

Primo exhalatione, qua humor à re coagulabili expirat.

Secundo coctione, qua res liquidæ ad solidiusculam consistentiam coquuntur. *a*

a Vt in culinis.

Tertio congelatione, ut cum crystalli in cellis à frigore producuntur.

Quarto fixatione, qua res ignem fugientes & volatiles, ut in eo fixæ perseverent, assuefiunt, id quod vel medicinæ fixæ additione,

ne, vel misturis, vel sublimationibus, cœmentis, &c. pro cujusque rei natura.

Coagulationi sæpè inserviunt Exsiccatio, Evaporatio, Exhalatio, ut & Digestio, ita ut pro evaporatione & exhalatione sæpius ea accipiatur. Unde & Geber lib. 1. part. 4. sum. perfect. ca. 53. *definit coagulationem quod sit rei liquidæ ad solidam substantiam per humidi privationem reductio. Quæ definitio veræ & chymicæ coagulationi competit, siquidem excludit congelescentia & generationi dicata. Nam coagulatio, ut nomen habet à coagulo, est quo lac cogitur, separatis partibus humidis, determinatis vero & consistentibus siccis terreis. Quapropter cum in aqua coagulanda humidum non tolliter, aqua non tam coagulatur, quam congelascitur. Sic cum spiritus in corpus redeunt, id propriè est sublimationis & destillationis opus sitque generatione, non coagulatione. Coagulatio duobus modis absolvitur, alia fit, separatione & separatione & segregatione; & hæc propriè sibi coagulationis nomen vendicat; alia vero fit comprehensione, relicta separatione, quæ impropriè ad generationem magis spectat. Coagulatio per separationem est, cum id quod est consistentiæ tenuis fluidæque ad solidam redigitur. Ex quibus liquet, coagulationem semper sequi dissolutionem, sive illa fuerit in menstruo aliquo, ut in Mercurio sive sine menstruo, ut in deliquio salium. Hujus coagulationis maximus & frequens est usus in corporum depuratione*

& purgatione, utque ab iis peregrina discedat humiditas, corpusque in solidam substantiam convertatur. Porro coagulatio alia peragitur calore, quo divaporat seu exhalat paulatim humor, qui erat causa fluoris, idque ratione humoris vel pauci, vel copiosi. Instrumenta huic operi varia adhibentur, ut ollæ, ahena, sartagines, pro re nata. Quædam etiam fimo includuntur. Hic probe observandum est, ut liquor prius sit pure filtratus, quod si aliquid impuritatis coagulo adhæret, abluitur celeri manu; alia vero frigore, cum res in calido resolutæ in frigido coagulantur. Hujus apparatus E. G. talis est: Sal victrioli in aqua pura dissolvatur, dissolutio filtretur ad medias vel tertias partes prout diluta est, coquitur, in cella deinde frigida si fuerint coagulabilia, ut hoc Victrioli saccharum, injiciuntur bacilli lignei, quibus coagulatum adhæret, si vero non, ut in salibus, bacilles ligneos imponere non est opus) usque dum totum coagulatum fuerit. Si vero aliquid in menstruo sit relictum, repetatur ut prius. Tandem ea coagulatio, quæ per Comprehensionem fit, est, cum totum simul comprehensum remistumque, ad uniformem substantiam coagulat. Et hæc potissimum perficitur modis ab autore in textu expressis.

CAPUT

CAPUT VI.

De Lutatione.

ORdinis ratio postularet, ut nunc fornaces, vasa, variamque suppellectilem chymicam, ut & ignium diversorum regimina describeremus. Verum cum hæc oculari inspectione potius, quam præceptis & regulis addiscantur, silentio illa brevitatis causa prætereunda, & pauca tantum de lutamentis Philosophicis subjungenda duximus.

Pro fornacibus construendis.

Recipe Terram pinguem, cujuscunque coloris fit, misce & subige cum Arena, Fimo equino, & Aqua Falsa.

Pro Retortis loricandis.

Quamvis ego nec vitreas, nec terras unquam lutare soleam, seu destillem per arenam, seu per ignem nudum, seu per reverberium clausum; seu ignem suppressionis.

Recipe Argillam figulinam, Stercus equinum lotum & exsiccatum, Farinam laterum, & Squamam ferri, miscendo & cum aqua communi subigendo.

Vel Recipe Luti mundat & exsiccati part. X.

cinerum lotorum par. 2. fimi equini part. 3. scobis ferri part. 1. pilorum bubulorum vel jumenti part. 2. M. cum sanguine bubulo vel ovillo.

Lutum sapientiæ, ad spiritus subtilissimos arcendos. *a*

a *Non est.*

Fac lutum ac calce viva, & albumine ovi, in aquam redacti, simul miscendo, & cito applicando, quia facile exsiccatur. *b*

b *Postea super alutam, vel laciniam lineam extensa fracturis applica.*

Pro vitris & hydriis fractis consolidandis.

Recipe soli Armeni, Minii, Cerussæ, ana partes æquales, reduc in pulverem subtilem, & cum oleo lini, vel vernice liquida tempera.

Pro vitris simul lutandis.

Usus sum feliciter usque in hanc horam Vesicis porcinis, vel bovinis pro alembico cum cucurbita lutando, tam in destillationibus aquarum, quam spirituum acrium & acidorum.

Pro rostro alembici cum recipiente lutando.

Recipe ceræ unciam 1. resinæ, colophoniæ, ana drachmam 1. liquescant simul in fictili,

tili, quibus adde modicum olei olivarum, miſcendo baculo, ut incorporentur, poſtea illam ab igne remotam imple frigida, & etiam manibus ſubige.

Pro retortis cum recipientibus collutandis, in deſtillatione ſpirituum acrium.

Lutum pro retortis loricandis ſubige cum aqua ſalſa, vel miſce cum colophonia pulueriſata, & applica.

Recipe lutum commune, diſtempera cum aqua ſalſa vel etiam cum ſanguine bovillo ſubigendo exacte, adde poſtea pilos jumentorum, diligenter prius cum baculo concuſſos, & à fecibus purgatos. Demum adde particulam capitis mortui aquarum fortium, quæ ex victriolo, ſale petræ & alumine fiunt, & exactiſſime pulveriſatam cum toto miſce. Eſt fortiſſimum lutum ad commiſſuras pro retortis, tum loricandis, tum & pro commiſſuris vaſorum, ne exhalent ſpiritus, muniendis.

Tabula inſerenda in fine operis habetur.

TYROCINII CHYMICI
LIBER II.


Ctum est superiori libro, de Solutione & Coagulatione corporum mistorum in genere, nunc in sequentibus de operationum illarum effectis tractaturi sumus, licet in specie, quomodo singulorum corporum mistorum claustra reseranda sint, monstrari debeat, id quod etiam præstare conaremur, si nobis integrum Chymiæ systema, & non tyrocinium conscribere proposuissemus.

Sunt autem solutionis & coagulationis effecta, sive, ut à quibusdam, Species Chymicæ vel liquidæ vel molles, vel duræ. Ad Liquidas referri possunt, aquæ ex floribus, herbis, radicibus, corticibus, seminibus, lignis, aqua fortes; Spiritus, acetum, olea, tincturæ liquidæ. Ad Molles, balsami, extracta varia, tincturæ, molles. Ad Duras, sales, flores, magisteria, calces, croci, tincturæ siccæ.

CAPUT

CAPUT I.

ANtequam vero ad ipsas Liquorum formas, quæ ut primum destillatione fiunt, parandas nos accingamus, generales quidam canones præmittendi videntur, quorum hic est

CANON PRIMUS.

Vasa, in quibus destillatio fit, non sint plumbea *a* Hæc enim qualitate maligna, liquores inficiunt, eos vomitivos *b* reddunt, sapores immutant nativos, & nonnunquam ipsamet à vaporibus acribus ex re destillanda exspirantibus, corroduntur. Et si Galenus, aliique Medici sapientiores, aquam, quæ per canales plumbeos fluit, improbant, propter malignitatem, visceribus internis valde infestam, quam inde contrahunt, de aquis, in vasis plumbeis destillandis quid sentiendum sit, patet, præsertim, cum non raro, quando per aliquot dies, ejusmodi stillatitii liquores immoti steterunt, in fundo cerussa ex plumbeio alembico abrasa; imprimis si experiundi gratia, guttam unam aut alteram spiritus Vitrioli infundas, reperiatur. Quod autem de plumbeis vasis dictum, pari ratione & stanneis, æneis, ferreisque *c* intelligi debet: nisi fiat destillatio in vesica ænea, ubi, quæ destillantur, cito effluunt.

a Sæpius tamen aceta per vasa plumbea destillanda veniunt, in quibus dulciora evadunt.

b Non semper, aquæ enim destillatæ per se non facilè vomitivam vim attrahunt ex vasis plumbeis aut aliis.

c Non pari ratione vasa ferrea ac plumbea prohibentur, dispar enim longè ratio.

II.

Vitra, quo altiora, eo meliora. *d* Sic enim una destillatio plus præstat, quam tres rectificationes. Sint autem cucurbitæ ut plurimum altæ duos cubitos *e*

d Scilicet in destillationibus & spirituosis rebus; quæ vero sunt fixa, ut oleum ceræ, & alia non opus habent vitris altioribus, neque etiam conducunt.

e Id est, pedes tres.

III.

In omni destillatione vasa non nimis refarcienda: Tutius operaberis, si cucurbitas ex quarta parte, & retortas ex media aut circiter, vesicam vero æneam, ex tribus *a* partibus repleveris.

a Ex tertia parte potius.

IV.

Res flatulentæ, ut cera, *a* resina, & similia, sicut & ea, quæ facile ebulliunt, minore imponantur quantitate, & magnis vasis *b* destil-

destillalentur, & quidem sale, arena, aut similibus additis, *d*.

b *Cera, resina & talia permiscenda sunt cum arena, cineribus, &c. tum ob flatuum aliqualem repressionem, tum ob partium dulocationem, fluida enim & pinguia in se considentia non facilè adscendunt.*

c *Amplis.*

d *Vt, cinere, farina laterum, pumice calcinato, argilla, scobibus ferri.*

V.

Destillatio per balneum convenit rebus levioris compagis, Cavendum tamen in herbis maxime calidis *a* ut in absinthio, salvia, roremarino & similibus, ne nimis leni calore utamur, & non tam essentiam, quam phlegme inutile proliciamus. Sed in lactuca, Endivia, & similibus tenuioris substantiæ, calor moderatus adhibendus, & sufficit interdum Balneum roris, quod neque empyreuma imprimit, neque partes aereas tenuiores dissipat.

a *Scilicet propter earum olea.*

VI.

Destillatio per cineres vel arenam, competit rebus consistentiæ solidioris, ut seminibus, lignis, radicibus &c.

VII.

Per Veficam, non tantum tenuia deftillantur, fed & alia quæ funt firmioris texturæ, in fuo tamen menftruo *a* præmacerata.

a *Vel proprio, vel analogo, v. g. femen anifi macerari poteft, vel in aqua anifi, vel in aqua communi.*

VIII.

Deftillatio per Retortam, non tantum fpiritus graviores è mineralibus elicit, fed etiam è tenuioribus, ut lignis, feminibus, radicibus, gummis, refinis, &c. aquas & olea extrahit.

IX.

Herbæ recentes fucculentæ cum deftillandæ funt, tundantur, fuccufque exprimatur, & poftea per calorem Balnei in cucurbita alta deftilletur.

X.

Herbæ, vel fua *b* temperie, vel temperiei ficcæ, tundantur, & aqua communi, vel propria vel rore Maii, vel vino irrorentur. Copia autem menftrui tanta fit, quæ macerationi fufficiat, fin plus affundatur, tota quantitas non abftrahenda. Facta maceratione ad placitum, per balneum deftilletur: aut fi per veficam deftillationem inftituis, adde ad quamlibet libram herbarum, libras fex *c* aquæ (major enim aq. quantitas requiri-

quiritur in destillationibus per vesicam æneam ob periculum adustionis herbarum, quam per vasa vitrea ex Balneo,) & destilla, ut artis est.

b *Ut Satyrium, Serpillum, &c.*

c *Potius libras 3.*

XI.

Eodem modo per Vesicam, quidquid est aromaticum, sive sint radices, sive cortices, sive ligna, sive semina, sive folia, sive flores, destillantur, & oleum simul cum aqua elicitur.

XII.

Sunt quædam, quæ vehementem ignem postulant, sed tamen ea, non nimis violento *a* urgenda sunt, ne natura eorum prorsus corrumpatur.

a *In principio, in laboribus enim Chymicis semper gradus ignis observandus est.*

XIII.

Detur opera, ne lutum *b* quo vasa destillatoria conglutinantur, exspiret, & liquorem aliena qualitate inquinet, præsertim, cum ignis violentior adhibitus.

b *Ideo confectio luti supra est observanda.*

XIV.

Acidorum *a* destillatio hoc peculiare habet, quod ignobilior pars semper prius egreditur, & nobilior ultimo. Unde in eorum recti-

rectificatione, quod primo elicitur, tanquam phlegma separandum.

a *Ut vitrioli, aceti, &c. utpote quorum natura per putrefactionem, ex qua fiunt, fit veluti inversa. Et quamvis acetum ex natura vini prodeat (unde acetum vinum mortuum vocatur) nihilominus destillatio eorumdem est planè diversa, utpote cum in vino primum spiritus exeat, in aceto vero posterius, & vinum phlegma suum post se relinquit, acetum præmittit, quod probe observandum. Æstimamus autem hoc fieri propter naturam fixam.*

XV.

Si aquæ *b* empyreuma, seu fomitem quendam igneum valdeque calidum, per exignas partes dispersum, redoleat, corrigitur illud, si vitrum in locum frigidum *c* humidum collocetur.

b *Non ut aqua, sed ut adhuc de oleo participantes empyreuma possunt contrahere.*

c *Vel in arenam humidam frigidam.*

XVI.

Cum liquores per B. M. destillati, insolatione rectificandi sunt, *d* dum ultra ex duabus, vel ad summum tribus partibus repleantur, & membrana, qua ea claudi consueverunt, acu pertundatur, ut factis perspiraculis, phlegma inutile exhalet. *e*

d *In cella per æstatem aperta.*

e *Non tam facilè, potius ne vasa, ob denegatum spiritibus spatium, rumpantur.*

XVII.

XVII.

Destillatio tam diu continuetur, donec liquor egrediens non sentiat *f* amplius rem impositam.

f *Id est, non amplius sapiat, vel gustu & odore non referat.*

Caput II *a*.

De aquis ex floribus, herbis, radicibus, corticibus, seminibus, lignis.

Aqua Rosarum.

VAriis hæc præparatur modis: Alii sumunt *b* *Rosarum* q. s. easque triduum, in balneo digestas, *c* vapore aquæ calidæ destillant.

Alii

a Videatur de destillationibus Pharmacop. August. cum notis, *Zvvelferi* classi XV.

b Et hæc destillatio est in balneo vaporoso dicto, competitque præter rosas omnibus omnino herbis & Floribus virentibus teneribus quarum vis facilè evanescit, & plerumque Frigidioribus, ut Liliis, violis.

c Digestio fere fit maceratione diei, unius ac alterius spatio per additionem tantilli satis, vel fœcum cerevisiæ, loco calidiore facta.

Alii absque *a* digestione præcedente, aquam, ex iis in alembicum *b* conjectis, eliciunt.

Alii per cineres *c* destillant: ubi tamen maxima opus est cautione & circumspectione, ne empyreumate liquor stillatitius inficiatur.

Alii lucro magis *d* quam valetudini hominum intẽti, eas integras, ut decerptæ sunt, cum magna aquæ copia per vesicam æneam destillant, ac ex triginta rosarum libris, centum aquæ odoratæ venalis extrahunt.

Alii flores tusos *e* absque menstruo *f* aut eo saltem tam pauco, ut ad irrorationem

nem

a Et hic modus præcedenti longe ignobiliorem aquam elicit.

b Per Alembicum hic cucurbitam intellige vitream aut fictilem vitreatam cum suo capitello vitreo; & fit destillatio in MB. aut ejus analogo arena humefacta.

c Ex cucurbita vitrea cum alembico, idque faciunt sine ulla alicuius menstui additione, sane parum apposite.

d Quid enim fructus sperari potest ex ejusmodi destillato.

e Non in mortario æneo, ne saporem contrahant pravum, sed marmoreo.

f Hoc est absque affusa aqua quadam.

nem sufficiat, modico balnei *a* calore destillant, & ad vim refrigerandi tanto expeditius evocandam, una destillatione, quam præcedit irrigatio, ex aqua communi vel rosacea veteri, aut ad virtutem confortantem & fragrantem prolectandam, pluribus *b* in destillata aqua infusionibus utuntur.

Nos *c* ita eam parandam ducimus, distinguendo, inter rosas albas, & incarnatas. *d* Ex illis enim ut plurimum vis refrigerans petitur, ac propterea pauca aqua pluviali irroratæ in mortario marmoreo contundendæ sunt, inde torculari succus exprimendus & destillandus. Incarnatæ absque irrigatione contusæ, reponuntur in magno vase vitreo, in cellam, post triduum succus exprimitur, qui per balneum per cucurbitam vitream

---

a Ex cucurbita vitrea, aut lapideâ vitreata.

b Et hoc non tantum in aquæ Rosarum destillatione locum habet, sed & in omnium fere vegetabilium, ut siquidem elegantiorem ordinaria aquam desideres, aquam destillatam reliquiis iterum affundas, vel solis, vel, quod præstat, novis destillandis additis, sicque digestione debita facta, destillationem repetas, ut patet ex seq.

c Et hic optimus est modus.

d Ad quas etiam referuntur rosæ Caninæ seu agrestes.

vitream, destillatur. Hæc aqua est fragantissima, quæque vel multos annos, odoris sui fragrantiam conservat *a*. Nonnulli recrementis ejus aquam puram superfundunt, & ita per octidum maceratam, vel balneo, vel vesica destillant, quæ communi venali viribus & efficacia non cedit *b*.

Aqua † *Rosarum ardens.*

Sicut ex aliis rebus omnibus, præsertim autem alimentosis, aqua flagrans & fragrans, fermentationis beneficio, educi potest, ita etiam ex rosis, quæ vulgo statuuntur frigidæ.

Ideo recipe *Rosas incarnatas*, cœlo sereno, cum rorido madore destituuntur, collectas, eas tere accuratissime, & in cucurbitam vitream,

a Quæ enim destillatio ejus instituitur, sic ut coloris odorisque gratia in alembico imponantur flores integri virentes, liceat egregia satis sunt, minus tamen durabilem aquam exhibet.
Ex fæcibus quod si calcinatione facta l a. extrahatur Sal, per aquam ipsam destillatam, idque aquæ addatur, efficacior omnino redditur.

b *Vires* aquæ rosarum variæ sunt pro diversitate Rosarum ex quibus conficitur, ferè ad refigerandum interne atque externe adhibetur, ad adstrigendum, & spiritusque recreandos.

tream, quæ postea bene clausa in cellam reponatur, ut ibi fiat earum fermentatio, immitte. Cum jam acidum a quiddam redolere videntur, sume de floribus tritis q. v. & per Balneum destilla, aquam inde extractam superaffunde parti rosarum alii, & rursus destilla, similem in modum pergendo, donec omnis rosarum fermentatarum quantitas, per alembicum transierit, fecibus, quæ in fundo remanere solent, semper segregatis. Tandem omnem aquam ex rosis elicitam, per balneum destilla *b*, & duodecimam saltem, aut circiter, abstrahe, eamque si vis rectifica. Sic aquam habebis *c* gratissimam & odorissimam, quæque non minus prompte, quam spiritus vini, flammam concipiet *d*.

† *Est spiritus magis quam aqua.*

a *Acor est fermentationis sufficientis nota.*

b *In phila, alembico adjecto magno recipiente, per phiolam enim fit facilior & melior operatio, loco cujus cucurbita angusti colli sumi potest.*

c *Spiritum potius.*

d *Hæc vix crediderim.*

Aqua

---

† *Vires* Spiritus rasorum aqua simplici earum longè excedunt; cor maximè recreat; adsumptus æque ac externe ad adorandum adhibitus.

Aqua Cichorii a

Recipe *Herbarum & Radicum Cichorii*, medio Majo lectarum libras XII. tunde *b* vel minutim incide *c*, iisque affunde aquæ communis libras viginti, & postquam per triduum macceraris, ex Vesica libras saltem octo destilla.

Aqua Fœniculi.

Recipe *Seminum fœniculi* crassiusculè contritorum, ℔iv. *Aquæ communis* ℔xxiv. & adde *Tartari* vel *Salis communis* ℥ij. macera in loco calido. Destilla postea per vesicam æneam cum refrigeratorio. Sic aqua cum oleo transibit, quod ab illo separandum *d*.

Aqua

---

a *Vires*, Epatica est egregia, aperiens, diuretica, attenuans, modiceque refrigerans.

b Ubi scilicet virescens adhuc est, quod idem & in omnibus aliis plantis habet locum.

c Hoc maximè locum habet in plantis siccis, ex quibus calidis & odoratis melioris notæ Aquæ & Spiritus extrahuntur, Oleaque, quam ex iisdem viridibus.

d Aquam extractam & ab oleo segregatam siquidem ei quæ in vesica remanet materiæ

Aqua cinamomi. †

Recipe *Cinamomi* optimi craſſe triti *a* ℔j. cui affunde *aquæ roſaceæ & vini albi* ana ℔iij. macera in calore congruo fimi, vel ejus vicario *a* q. ſ. *b* deinde deſtilla per balneum, ſeparando aquam primam quæ eſt optima, ſecundam item ſeorſim, ut & tertiam colligendo. Secundæ uſus poteſt eſſe ad macerationes pro menſtruo *c*, Tertia, eſt phlegma inutile, abjicienda.

†. *Huc referendus modus aquam & oleum Cina-*

---

riæ iterum affundatur, & de novo deſtillatio inſtituatur, melior prodibit ea, maximè ſi recens quædam materia macerata in parva quantitate aquæ puræ addatur.

Vires Carminativa eſt aqua hæc fœniculi diuretica, lac augens, pectoris vitia à copia craſſorum humorum emendans.

a Præſtat, Cinamomum confractum quam tritum.

Vires. Vi ſua aperitiva penetrabili omnium viſcerum obſtructiones tollit, nativum calorem ſuſcitat, coctionemque juvat, hinc frequens admodum ejus uſus eſt in virium deperditarum reſtitutione, ſpirituum refectione, viſcerumque roboratione. Doſ. cochlear, aut ii per ſe aut cum aliis mixta.

Cinamomi proliciendi, quem habet Crollius pag. 168. qui cæteris præstantior est.
a *Balnei scilicet.*
b 14. *Dies, præter propter quotidie movendo.*

Aqua acida Quercus Iuniperi Guajaci, Buxi &c.

Recipe *serraturam quercus*, aut *scobem juniperi, Guajaci*, aut *particulas Buxi*, destilla in retorta *a* usque ad siccitatem, separa postea oleum *b* ab aqua, per chartam *c* emporeticam, aquam rectifica in arena, super colcothara, *a* aut salem marinum, aut proprios

a Vitrea maximè, ex arena; ubi notandum, eam non vasura dicta replendum esse, sed tantum dimidia parte, aut ita ut tertia ejus pars maneat vacua. 2. recipiens ampium satis ob nebulositatem aquæ spirituosa prodeuntis applicandum esse.
b Oleum hoc Fœtidum per retortam vitream ex arena rectificari potest, commixtum cum arenæ quantitate aliqua. Aut commixtum cum aqua aliqua odorata bis terre ex cucurbita rectificatur igne leni.
c Sic remanet oleum nigrum, fœtidum, in filtro, & aqua transit in ollam suppositam.

prios cineres, poſtea phlegma ab acido liquore ſepara deſtillatione *b*, tertiam ſaltem ejus partem, aut circiter ultimo aſſervando.

Vſus ejus eſt, *c* in corallis & perlis diſſolvendis, ad tincturas extrahendas.

a Hoc eſt, Vitriolum ad rubedinem calcinatum.

b Per Balneum, ex cucurbita.

c Hujus uſus eſt & intra corpus ad ea, ad quæ ingredientia uſurpantur, ſic ſudores copioſe provocat a.

Aqua Cinamomi Compoſita.

Macera & deſtilla *Cinamomum*, ut ſupra, addendo *radicum Dictamni Cretici, Angelicæ*, ana uncias duas. In hac aqua diſſolve ſaccarum album, quantum poteſt, & digere per diem naturalem, poſtea aquam ſuperfluam deſtillatione ſegrega, donec ſyrupus placeat, cui adde aquæ vitæ rectificatæ uncias duas, & probe miſce. Eſt virtutis admirandæ in peſte & partu difficili.

Modus hanc Cinamomi aquam compoſitam
E *conficiendi*

---

a Maximè Guajacina, unde in ſcabie, lue venerea, impetigine, aliiſque affectibus Diaphoreſi opus habentibus inſigniter deprædicatur. Doſ. ad ʒß. aut ʒj.

conficiendi convenientior est sequens. Macera Cinamomi lib. ſ. rad. Dictamni Cretici, Angelicæ ana ℨ 2. in vini malvatici lib. 3. per triduum, ad lentum ignis calorem, postea coletur. In colatura dissolve sacchari albissim. lib. 1. & tandem lente omnia coque ad Syrup consistentiam. Huic misce quid spiritus vini; Confortat cor, & spiritus animales mirificè. Dosis est ad ℨ 3. vel per se, vel cum aliis.

Aqua Antepileptica Quercetani, Quâ curavit Typographi Genevensi filium.

Recip. Antimonii crudi pluverisati, Crustarum panis bis cocti, bene tostarum, & pulvarisat. an. q. v. Pone in retorta in arenam Primo da ignem lentum infra, post etiam supra, & utrumque urge, donec omnis aqua prodeat, etiam cum fœtore. Aquam destillatam effunde; & adde Rad. pæoniæ, Spir vitrioli, & spir. vini, prolibitu. Pone in retortam, in qua colchotar rubrum contusum positum sit; & vicissim destilla per cineres. Aquam destillatam serva usui.

Vel.

Recip. Hepatis antimonii, cortic. panis tosti & pulveris. ana libram unam, Rasura cornu Cervi unc. quatuor. Misce, & destill. pe

per retortam, deinde rectifica. *Dosis gutt. X, XX, XXV.*

Aqua Ophthalmica.

Recip. Aquæ Rosarum, Fœniculi, ana ℔ß. v. Vitri Antimonii pulveris ℨj. Bulliant per quadrantem horæ; stentque in B. M. per octiduum, Colentur, & colaturæ limpidissimæ addatur Olei Saturni drachma semis.

Usus. Valet contra omnes oculorum affectus externos, etiam in cæcitate, & cæteris vitiis, probatissima. Usus talis est. Mane, meridie, vesperi, æger supinus jaceat, & imponat in oculum læsum, tres, quatuor, quinque guttas aquæ ophthalmicæ, & deinceps eadem aqua totus oculus lavetur, & ita quadrantem horæ supinus jaceat, linteolumque aqua illa imbutum ipsi oculo imponat. Repetatur aliquot dies, donec malum cesset.

Aqua Theriacalis.

Recip. Cortic. Citri lib. unam, Aquæ pluvialis destillatæ lib. VI. Digerantur in fimo equino, dies sex vel septem. Destillentur postea, & exstillentur libræ quatuor. In his infunde Theriacæ Andromachi antiquæ unc. octo, aut novem, aut lib. unam, & destilla ex B. M. per alembicum. Aqua destillata re affundatur fecibus, & destilletur denuo.

Aqua Zedoariæ.

Recip. Zedoariæ lib. unam; flor. Sambuci manipul. tres. Concidantur, conquassenturque omnia, & cum Vino albo Rhenano fiat massa nonnihil liquida. In vase terreo operculo probe lutato, ponatur in fimum equinum, dies triginta. Destilletur postea, & reaffundatur fecibus, quod destillatum est, semelque adhuc destilletur.

Usus. Hæ duæ aquæ insignem usum habent in compressionibus ventriculi, flatibus, venenis, affectu hypochondriaco, uteri suffocatione, & similibus. Dosis ℥iß.

Aqua Sudorifica extrinsecus usurpanda.

Recip. *Mercurii sublimati, optime pulveris.* ℥iß *Euphorbii* ℈j *Aquæ Vitæ bene rectific. Rosarum* añ ℔j. Mista & infusa, in matracio colli longioris, probe obturato, horas duas vel tres, lento igne, digerantur, demum bulliant circiter quadrantem horæ. Liquorem frigefactum, & per inclinationem à fecibus separatum, reconde in vas vitreum.

Usus Tollit mirabiliter dolores nervorum, præsertim si causam habeant frigidam. Foveatur pars affecta, fotu convenienti, & semper ante fotum humectetur hac aqua, præser-

præſertim ad introitum lecti. Ubi ſemel atque iterum ea uſus fueris, ceſſabunt dolores. In doloribus morbi Venerei mira eſt hæc aqua. Nam ad ſudorem provocandum, ſpina dorſi hac aqua madefiat, vel carpi ſaltem in debilioribus, ſic copioſum ſequetur ſudoris profluvium. Curat quoque Iſchiadicum, & alios articulorum dolores.

NOTA. Cum Iſchiadicus quidam, ex uſu hujus aqvulæ, nonnihil levaminis ſenſiſſet, & ſubito à dolore, & incedendi impotentia, liberari cuperet, non ſatis cautus, diutius, quam par erat, aqua iſta partem affectam quotidie fovit. Vnde cutis tandem contrahi & tendi cœpit, atque alter clunium, ſummo cum dolore, adeo inflammari, ut ex ea innumeræ, & prægrandes veſicæ pullulaſcerent; quæ diſciſſæ, plurimum aquæ fervidæ & acris profundebant.

Alia.

Recip. Florum Antimonii alborum dulcoratorum, & realgare privatorum unc. tres Hellebori albi, Cyclaminis, ana unc. duas: Baccarum Lauri contuſar. unc. unam. Miſce, & infunde in pinta ſpiritus vini Gallicâ, digere longo tempore, & cola per manicam, ne quid terreſtre ſimul exeat. Fex enim terreſtris corrodit.

Usus. Junge hunc liquorem plumis mollibus, non linteo, alias excoriat. Quod si corrosio fiat, occurritur, si vino rubro eluatur, aut pulvere aliquo conspergatur siccāte, vel creta, vel bolo, vel sulphure, quod egregium est in hoc casu, aut duobus inter se mistis; si simplex, vel sit vehementius, vel non satis operetur. Siccant etiam cerussa, lythargyros, gleba etiam pinguis per se siccata, non calcinata. In nonnullis corporibus siccioribus, præmittuntur interdum fomentationes, quæ cutem præparant, ad sudorem tanto facilius emittendum

(Etsi hæ duæ postremæ aquæ non sint destillatæ, tamen cum ingredientia habeant Chymica, & summo cum fructu, in praxi Medica, usurpari possint; nec similes, ab ullo authore, quod sciam, in usum Medicum prolatæ sint, volui eas, hoc loco, publici juris & utilitatis facere, nec quod multis hodie solemne est, imitari barbarum illum Indum, in urbe Posto, qui, ut Petrus de Osma & Xarayzeio in epistola ad D. Nicolaum Monardis, refert, cum solo cujusdam plantæ succo, artubus & parti affectæ illito, sanguineos sudores excitaret, & hac ratione, morbos plane desperatos curaret feliciter, nec precio, nec precibus, nec minis adduci potuit, ut eam plantam Hispanis monstrare dignaretur.

CAPUT

CAPUT III.

De Aquis fortibus.

AQuæ fortes, quæ & Causticæ, & Chrysulcæ, Separatoriæ, & gehennæ nuncupantur, violento igne, ex atramento *a* sutorio, Halinitro *b*, sale Armoniaco, Stibio *c*, Mercurio sublimato, alumine, cinabari, *d* &c. conficiuntur, quarum ea, quæ vim obtinet omnium maxime causticam & corrosivam, STIGIA; illa vero, quæ aurum solvit, REGIA dicitur.

a Vitriolo.

b Id est, sale petræ.

c Antimonio.

d Sale communi, sale alkali, sale Gemmæ, &c.

Aqua Fortis a Communis.

Recipe *Vitrioli exsiccati* libras duas.
Salis petræ repurgati libram unam.

 Tere

---

a Fortis aqua hæc dicitur, eo quod habeat vim corrodendi atque dissolvendi fortissima & durissima corpora, & sunt metalla. Egregiam aquam Fortem conficiendi modus hic est

R.

Tere ſimul & miſce, deinde impone retortæ optimo luto loricatæ, & colloca in fornacem *a* reverberii, appoſitoque recipiente amplo *b* deſtilla per gradus, ſpatio viginti *c* horarum.

Cum ſpiritus albi & nebuloſi in receptaculo diſſipantur, finis adeſt *d*, ſine pedetentim refrigeſcere.

Aquam exemptam clarifica *e* per argentum, hac ratione. Cape quartam *f* partem iſtius deſtillati, injice puri argēti drachmam unam, & ſolve *g* ſuper prunis, ſolutionem infunde aliis tribus partibus *h* & lacteſcent, ſine reſidere, purum effunde. *i* Si regiam cupis, in unciis quatuor hujus aquæ communis, diſſolve ſalis Ammoniaci vel communis exſiccati ℥j atque ea aurum ſolvet.

Modus hic, à me deſcriptus, vulgaris eſt, quo nūquam utor. Spacio enim decem vel ad ſummum, duodecim horarum, aquam validiſſimam, ex retorta vitrea non lutata, deſtil-

---

℞. Salis Petræ & Victrioli an̄ p. æq.

Mixta imponantur cucurbitæ terreæ cum alēbico & deſtillentur in fornace ignis aperti in recipiens capaciſſimum ob nebuloſitatem ſummam aquæ exeuntis, primis duodecim horis ignis ſit moderatus, hinc fortior, ut alembicus rubicundus fiat & manum non admittat. Et habebis aquam optimam rectificatione nulla indigentem.

eſtillo, caputque mortuum facilime poſtea
bſque vitri fractione educo ; ita ut illud, vel
igeſies adhuc, eidem operationi inſervire
oſſit. Quod ſi quis ex cacabo ferreo, quem
xacte claudat aludel terreum forte, aquas
ortes deſtillandas eſſe, contendat, næ ille,
ion tam fortes, quam debiles, inde eliciet.
Nam ſicut ferrum exterius ab igne reverbe-
ii calcinatur, ita idem interius à calcanthi
x ſalis petræ ſpiritibus corroditur, unde a-
quas debiliores reddi non eſt dubium. Ta-
eo, quod nec Germania, nec Gallia, tale
ludel terreum excoquere poſſit, quod ab e-
uſmodi ſpiritibus corroſivis non penetre-
ur.

a Id eſt, in ignem apertum.

b Intus tantum aquæ ſimplicis continente, quantum deperditum eſt ab exſiccatione, [hoc non eſt neceſſarium.]

c Potius viginti quatuor horarum.

d Paulatim ſubſidentibus ſpiritibus rubris.

e Aquæ fortes clarificatæ dicuntur Germanice geſellet *aqua fort.*

f Vel ſaltem unciam unam atque alteram.

g In cucurbita alta.

h Reliquis tribus partibus.

i Et in vitro probe munito ſerva.

Aquæ fortes omnium optime deſtillantur ex cacabo ferreo in furnum apte collocato, quem ad marginem ſuperiorem, poſteaquam jam materia indita eſt, exacte in peripheriam ſuam claudit Aludel terreum forte, cum alembico ro-

ſtrato conjunctum & munitum; hac enim ratione, & aquæ fiunt fortiores, & capita mortua facilius ex cacabo ferreo eruuntur, minorque jactura vaſorum fit, unumque vas infinitis deſtillationibus ſufficere poteſt, cum è contra ad mentem autoris ſingulæ deſtillationes ſingula requirant vaſa, quod probe notandum, & hic modus familiariſſimus eſt.

Aqua Fortis Perpetua, & Modus faciendi Cinabarim.

Diſſolve *Mercurium* in *aqua forti*, adde *ſulphuris* partem *a* æqualem, deſtilla per retortam, & habebis aquam validiorem *b* quam antea, & cinabarim *c* ad collum retortæ.

a Potius tertiam partem, aut ad ſummum dimidiam.

b Magiſque gradatoriam, ac fixatoriam.

c Vbi ignis in fine vehementior excitatus fuerit, elevatam habebis cinabarim.

Aqua Philoſophica ſive Regia. †

Recipe *Nitri repurgati*, Salis Armoniaci ana uncias duas.

Simul tere, & *a* miſce & impone Retortæ amplæ, cui appone magnum vas recipiens, commiſſuras retortæ cum recipiente leniter lutando, deinde deſtilla ex cineribus *b* donec omnes fumi, magna violentia egreſſi fuerint,

erint, nec guttæ ulterius ex rerorta decidant. Tum retortam ita calentem exime, & aterialia supra dicta nova in eadem dosi pone, & misce cum capite mortuo, destilndo, ut supra *c*

† *Dicitur etiam Aqua pugilum, quod nitrum · sal armoniacum, cum sint infensissimi hostes imo statim congrediantur contactu. Regia item dicitur, quia aurum solvit, quod est rex ter metalla. Hinc etiam sal armoniacus Aila vocatur, quia Ganymedem seu aurum sem elevat, qui deinceps facile separetur per aam.*

a Cum tertia parte silicis vel pumicis calcitti.

b Igne non admodum leni sed tertii gradus.

c Aqua enim regia non est adhibenda, nisi defæcatissima.

Nonnulli eandem aquam destillant per retortm postica parte tubulatam. Nam cum retorta lis in igne reverberii posita (præmisso reci-

 piente

Aquam Regiam egregiam satis conficere licet, si

. Aquam fortem ex Victriolo & Nitro paratam, eique immittamus particulas Salis armoniaci, & in loco frigidiore solutionem ejus fieri permittamus; donec flava omnino ea aqua facta fuerit. Quod non potest solvi ex Ammoniaco, eximendo.

piente capaci) & paulatim ignis subministratus fuerit, donec nempe retorta paululum incandescat, ac postea per tubulum istius materiæ injiciatur cochleare unum, ac tubulus diligenter argilla clausus fuerit madida, cum impetu procedit aqua, cujus spirituosioribus partibus subsidentibus denuo nova materia injiciatur per tubulum, atque ita procedatur, donec sufficiens quantitas aquæ prolecta fuerit.

Cap. IV.

De Spiritibus.

Spiritus participant partim de aqua, partim de igne, & prout sunt vel aquosiores, vel magis oleaginosi, pro eo etiam vel aqua, vel oleum dicuntur, Qui tamen è mineralibus prolectantur : Olea ut plurimum vocantur. *a*

Inter spiritus autem animalium excellit Spiritus sanguinis humani ; vegetabilium Spiritus vini ; mineralium, Spiritus Vitrioli.

a καταχρηστικῶς.

Spiritus sunt menstrua è re simplici, sed acri producta, ignei halitus naturam habentia. Menstrua dicuntur, quia plerumque horum loco usurpantur ; halitus ignei, ipsorum enim pars potissima est halitus igneus, mixtus parte vaporosa, hinc ergo consistentiam habent aqueam.

Spiritus Vini. †

Digere Vinum generosum *a* in fimo, vel eju.

ejus vicario, in vasis circulatoriis *b* justæ amplitudinis, per octo vel decem dies, postea vase refrigerato effunde illud in Cucurbitas altas, *c* quibus superpone Alembicos rostratos, juncturis cum vesicis porcinis vel bovinis bene munitis, destilla, ut artis est, per B.M.Primo egredietur Spiritus *d*, quem separa, mutato recipiente, deinde urge phlegma usque ad mellis liquidi spissitudinem, feces per retortam destilla, dando ignem per gradus, & accipies Oleum pingue. Ex capite mortuo Sal elicies, phlegma superfundendo, digerendo, filtrando & coagulando *e*.

Quod

---

e Spiritum hoc modo ex vino extrahere ut laboriosum, & sumptuosum, ita & non raro inane.

† Destillatio Spiritus vini compendiosissima & excellentissima est quam tradit *Brendelius* in sua Chymia, quæ hæc est

R. Vini generosi mensuras octo ; destilla per Vesicam cum refrigeratorio Partem fere dimidiam. Hanc transfer in Balneum, & iterum leni calore partem dimidiam extrahe.

Tandem hanc infunde phyolæ longi colli, cujus orificio applica spongiam prius madefactam atque iterum expressam eamque ita intrude ut nulla parte emineat, sed filis eandem alliga, ne in phiolam decidat, & arcte claude orificium phiolæ.

Hinc

Quod si præstantiorem spiritum vini desideras, rectifica eum destillationibus sæpius repetitis.

a Quale est Creticum vel Hispanicum, aut Rhenanum bacharacense.

b Vasa circulatoria sunt cucurbitæ cum alembicis cæcis.

c Secundum Canonem destillationis secundum.

d Qui sexta pars est vini generosi, vel octava vini Rhenani optimi, reliquum est phlegma inutile.

e Spi-

Hinc apposito Alembico per cineres destilla, & egredietur Spiritus vini tenuissimus & purissimus.

Quod si autem placeat Spiritum rectificatissimum parare ex Spiritu vini vulgari hoc seq. modo efficere commode poteris.

R. Spir. vini ℔vj.

Infunde Cucurbitę vitreæ cujus orificiũ accurate claudatur Spongia oleo madefacta, aut albo pane recente linteo excepto, aut, quod commodissimum, charta emporetica crassiore oleo communi imbuta, appositoque Alembico juncturisq; bene omnibus clausis destillationem institue ex igne gradatim adhibito; sic ut tale sit ignis moderamen, ut inter guttum unam & ei insę-

Spiritus Tartari. †

Recipe Tartari albi puri α libras quinque pone in retortam vitream, eique in ignem cinerum *a* collocatæ recipientem satis capacem β adapta *b*. Dato igne per gradus, primo ∂ spiritus egredietur, postea oleum ε, quæ rectificari ζ debent, addito sale Tartari & post ab invicem separari. Est

---

insequentem alteram tria numerare possis. Phlegma in cucurbita remanet.

Vires quod spectat. Spiritus vini calidus est & siccus, putredini resistens, vires reficiens, maximè à crudis pituitosisque humoribus oppressas. Extrinsecus humores frigidos, sanguinemque coagulatum dissolvit atque discutit. Præter id quod menstruum aptum præbeat in extractione plurium.

✠ Purificatur Tartarum, si in aqua communi sæpissime lavetur, & hinc exsiccetur; Cui placet, Cristallos Tartari ipsos adsumere hic poterit. Vide Pharm. Aug. pag. 745.

α Grosse confracti.

β Spiritus enim exeuntis nebulosi admodum sunt, & spatium ingens satis exigunt.

∂ Primo omnium liquor quidam exit clarus phlegmaticus, hunc sequitur Spiritus fumosus albicans, totum vas recipiens obscurans.

Eſt egregium aperiens, unde in Menſtruis retentis, in Paralyſi, Ictero & ſimilibus affectibus mira præſtat. Utuntur etiam in Hydrope, cum aquis aliis hydragogis, in Lepra, morbo Indico, Pleuritide, Angina, & exhibent à Scrupulo uno ad duos, in aquis convenientibus.

† *Para-*

• Ubi nempe vitrum recipiens clarius fieri incipit, ignisque auctior & hoc oleum nigricans eſt admodum & fœtidum.

℥ Prius Oleum à reliquo liquore ſeparari debet per filtrum; hinc unumquodque horum ſeorſim rectificari. Et quidem liquorem ipſum rectificamus, ſicque Spiritum à ſuo phlegmate liberamus, per cucurbitam ex arena aut MB. Oleum autem per retortam vitream cum arena mixtum, aut per cucurbitã cum aceto; ab aceto de hinc Filtro aut infundibulo oleum ſeparando, ſeparatum hinc commixtumq; cum aqua quadam odorata, uti quæ ex deſtillatione ligni Rhodii eſt, bis terve iterum per MB. rectificando.

Oleum ejus Fœtidum interne ſumptum ad gutt. iij. vel iv. externeq; naribus admotum ſuffocationis uterinæ paroxiſmum aufert;

† *Paracelso astrum vini dictus.*
a Potius arenæ.
b Et luta.

Spiritus Terebinthinæ. †

Recipe Terebinthinæ claræ q. p.
Inde in Veficam æneam cum refrigeratorio aqua propemodum repletam. Sic elicitur fpiritus, qui aquæ innatabit, & per B.M. rectificari *a* poterit, aut repetitis deftillationibus inftar Spiritus vini exaltari,ut Vigenerius vi commentariis fuis docet. ex ℔iij. Ther.accipies Spir. Ther. ℥viij. *b*.

† *Lorchet Paracelso dictus.*
a Aut si placet cum aqua communi conjunctam terebinthinam ex B.M. per alembicum destilla, & non opus erit rectificatione.
b Dosis est gutt. VI. ad 20.

Ufus ejus in medicina multiplex eft. Tuffim, phthifin curat, venenis peftilentialibus refiftit, ventriculum ab illuvie fordida & vifcida mundat; urinam provocat odoram, inftar violarum, calculum & arenas pellit, ftranguriam & ulcera veficæ fanat, nervofas partes aperit & confortat, vafa fpermatica calefacit, & libidini ftimulos addit, fanguinem coagulatum diffolvit, uterum purificat, ac propterea fuffocationi matricis valde utilis

lis eſt. Extrinſecus in contuſionibus maximus ejus uſus.

Alius Subtiliſſimus.

Recip. *Terebinthinæ Venetæ* ſimplicis q. p. deſtilla eam per ſe, leniſſimo balnei vapore, obſtructis probe omnibus foraminibus. Exſudabit ita ſpiritus longe ſubtiliſſimus, utpote qui in manu exhalare poſſit. Ex libra una terebinthinæ, vix unicam ſemis accipies; reliquum auctiori igne deſtillatum; ad vulgares uſus aſſervandum. Spiritus vero prolectatus eximium remedium in gonorrhæa. Diureticum enim inſigne eſt, abſtergit, purulenta educit, ſarcoticum eſt, & balſam veri vires æmulatur.

Spiritus Talci.

Recip. *Talci* q. v. Calcina in reverberio, forti igne, per horas decem. Adde ſilicum alborum, in pollinem redactorum, tantundem. Irrora aqua, ſive ſpiritu vini, & pone in cellam, per aliquod tempus. Poſtea per retortam deſtilla, uti Spiritum victrioli, magno appoſito recipiente, & exit in fumo Spiritus, qui ſervetur.

Uſus eius eſt, in fuco, parti corporis alicui inducendo. Sumitur ſpiritus hujus q.p. & additur tantundem aquæ roſarum fragrantiſſimæ, atque hac miſtura locus fuco ornandus lavatur.

Spiritus Sulphuris. a

Ponatur sub campana *a* vitrea Vas ter- ɛum cum Sulphure, quod accendatur. Ita ero vas subjectum ad campanam adaptetur, e fumi egredientes flammam suffocent, sed bere in illam subvecti in liquorem densen- ur, qui in scutellam appositam *b* destillet. ɛx libra una elici potest ℥j *c* tantæ effica- ɛiæ, ut Leonhardus Fioravant, ejus intra *d* cor-

---

a Sunt qui Crucibulum Sulphure repletũ Foramini in medio patinæ vitreatæ ad formam crucibuli efformato imponunt, patinamque hanc cum crucibulo tripodi imponunt, sub quo carbones collocant, ut eo facilius & melius sulphur in crucibulo dissolvatur calidumque & dissolutum usque adfinem deflagrationis servetur. Et hæc ratio non ita incommoda est.

Et quo plus Spiritus hujus colligatur, præstat ubi per horas v. aut vj. campana ita suspensa fuit supra crucibulum, eam auferre, illico, aliam in ejus locum reponendo eamque loco humidiore servare ut melius in guttas colligantur vapores in capitello ejus (ubi scil. inversa collatur) inveniendas.

d corpus assumpti vires non satis admirari possit.

Dari vero potest, cum aquis appropriatis, aut syrupis, ad guttas quatuor, quinque, sex, & commisceri cum electuariis & pilulis, tam in morbis calidis, quam frigidis. Exterius etiam prodest ad dentium dealbationem, ulcera luis Venereæ, gingivarum; verrucas; ani & cæterorum membrorum fistulas *e*. Appellatur etiam oleum, sed κατα-χρηστικῶς.

a Vel retorta subtus foraminata.

b Si retorta supra fuerit; partim ex eadem retorta, partim in vas adjectum è rostro retortæ.

c Non est κατὰ παντὸς interdum vix drachmæ duæ, interdum etiam plus uncia una prodire visum est.

d Hujus spiritus sulphuris usus intra corpus non est usquequaque tutus.

e Quibus affectibus conducit Spiritus Vitrioli, iisdem etiam Spiritus Sulphuris.

Spiritus seu oleum sulphuris per campanam, nihil aliud, quam Spiritus Victrioli acidus, qui sola alteratione ab illo differt, victriolum enim crudum quod assumptum à sulphure communi in eodem digestum magis est, nec aliunde provenit hæc aciditas, quàm à victriolo sulphuris, dum enim ardet sulphur, fumus ejus in locum frigidum ad condensationem aptum, sublatus, illico hoc victriolum tollit. Id igitur ibidem in campana condensatur, ac in aciditatem abit; sed quia hoc

hoc victriolum est pars aliquota sulphuris, tantum id, quod ipsius est, in aciditatem hanc spiritualem abire potest, non vero totum sulphur.

Spiritus Victrioli, a

Tres sunt Victrioli Species, viridis, alba, cœrulea, *a* participantes de natura salium, aluminum, sulphurum, secundum magis & minus, prima quidem magis de sale, altera de alumine, tertia de sulphure: Constantque ex parte aquea, terrea & intermedia, quæ, teste Riplæo in pupilla Alchymiæ separari non potest à suis extremitatibus, aquea, & terrea; nisi mediante mercurio, qui adstipulante Gebero, quod naturæ suæ est, retinet, alienum respuens & igni exponens. Hæc substantia intermedia diaphana per sublimationem exaltatur in candorem niveum occulte in se semen sulphureum continentem instar vermiculi rubicundissimum: Unde in Turba dicitur: Mirati sunt Philosophi, rubedinem in tanta albedine existere.

De hoc sulphure, ita loquitur Geber. 21. *cap.*

---

a Maximè omnium hic arridet modus destillandi Spiritum Victrioli quem tradit Brendelius in sua Chymia sect. 1. cap. 5. quem etiam summe Lectori Studioso commendamus.

cap. summæ : Per Deum altissimum idipsum illuminat *b* & rectificat omne corpus *c*, quoniam est alumen & tinctura. Hæc est illa aqua vitæ, aqua sicca, quæ manus non madefacit, aqua congelata, sal animatum, de quo Raimundus Lullius post Alphidium, Sal non est nisi ignis, nec ignis nisi sulphur, nec surphur nisi argentum vivum, reductum in illam preciosam substantiam, cœlestem, incorruptibilem, quam nos vocamus Lapidem nostrum. Unde [illegible]iam quidam, ad literas Victriolum, ita allusit, Visitando Interiora Terræ Rectificando Invenies Occultum Lapidem Veram Medicinam.

a Reperitur & lucidum, præsertim Goslariæ.

b Splendore Solis & Lunæ.

c Metallicum.

Porro valde inter artistas controvertitur, utrum inter tam varia victrioli genera, primas obtineat. Has alii *a* Cyprio deferunt, alii Romano *b*, alii Hungarico. Cyprium & Romanum merito suspecta esse debent, quod sint fere adulterata, sophisticata, varia, diversorum scilicet colorum, formarum, virtutum.

Quod ad Hungaricum vero attinet, Galli & Germani mercatores, qui nobis victriolum quoddam cœruleum, diaphanum, aliquando sub viride, pro genuino & ex ipsa Pannonia allato vendunt, impudenter mentiuntur *c*. Cum enim Anno CIↃ.IↃ.CXI. eo

locorum

locorum me contulissem, ut auri argentique fodinas, quæ Schemnitii visuntur, intrarem, & mineralium, metallorumque notitiam perfectiorem ex αὐτοψία compararem; Illustris ac generosus Dominus de Bloenstain generalis minerarum regni Hungarici Præfectus, pro humanitate sua eximia, mihi certo confirmavit, quod etsi duo victrioli genera, album unum valde aluminosum, ex quo aquas chrysulcas *d* conficiunt, alterum cœruleum longe præstantius reperiantur, hujus tamẽ minera, quamvis fertilissima; planè non colatur, eo quod nunquam sint mercatores, qui tale victriolum coëmtum in alienas terras asportare dignentur. Idem & de Antimonio profitebatur, quod in Auri fodinis reperitur copiosissimum. Illud autem jure meritoque censeri debet præstantissimum, quod è Venere elicitur, aquæ beneficio, ut postea *e* dicetur.

Huic bonitate succedit, quo ceruleum est, plus Solis in se continet, plus Martis in Venerem transmutat, & diutius ignis examina sustinet, antequam ultimos reddat spiritus, undecumque id afferatur.

a Vt Quercetanus in Tetrade pag. 156.

b Romanum nullum ortum est. Romæ enim nullum foditur sed κατ' ἐξοχὴν sic dicitur, quia Roma mundi caput habita est.

c Autor falsi insimulat mercatores.

d Hoc est, fortes, regias.

e Cap. 17. scilicet.

Hujus

Hujus ergo Victrioli R. libras duodecim, calcina vase terreo, igne moderato, donec omnis humiditas abscedat.

Vase refrigerato, massam quæ erit septem circiter librarum, reduc in pulverem subtilem, *a* cum libra una circiter particularum ejusdem testæ, & impone retortæ firmæ lutatæ: ita tamen ut tertia ad minimum pars sit vacua.

Eam in fornacem colloca reverberii, adhibito receptaculo amplo, collique brevis desuper lutato; & commissuris retortæ cum recipiente, luto salso diligenter munitis.

Dein paropsidem terream latam, pedem unum altam, & in fundo quadrangulariter perforatam, retortæ, ut æqualiter os fornacis claudat, superstrue, atque ad extremitates fornacis, cujuscunque illa sit formæ, quadratæ, rotundæve, lateres altitudine paropsidem adæquantes adapta, spatiumque inter lateres & paropsidem, quod intercedit, cineribus usque ad summum obrue.

Tunc fac caminum ex quatuor laterum particulis, super testæ foramen quadrangulare, ut flamma, mediante tali vehiculo liberius cumtempus fuerit, queat evolaee. Orificium camini, sicut & cineritii ostiolum ita claudantur, primis quatuor horis, ut carbones furno impositi saltem ardeant; & non extiguantur, quo paulatim & successive retorta calefiat.

Exinde sequentibus quatuor horis, calor augea-

ugeatur, foramina iis lingulis, supra & infra aulatim aperiendo, donec flamma per superiora incipiat erumpere, & retorta undique candeat. Quod cum fit, cineritio & camino omnino apertis, per octodecim vel vinti horas ignis intendi debet, donec omnes piritus egressi fuerint.

Post biduum, lutum salsum & valde indutũ quod retortæ collum cum recipiente tect colligatum, linteo madido, per horã, donec recipiens, absque vitri fractione, abstrahi possit, humecta: & postmodum phlegma à piritu, destillatione per Balneum, aut blanda cinerum, separa. Sunt, qui post phlegmatis separationem spiritus super corallos *b* tritos ex arena rectificant, talemque ictrioli Spiritum corallisatum appellant.

Vires Spiritus hic in febribus ardentibus, cum aquis appropriatis mitus & haustus * refrigerat, sitim extinguit, humorum putredini resistit, per urinas *c* & poros cutaneos operatur: Phlegma consumit, crassos & viscosos humores incidit, languentem appetitum excitat, & succos rosarum, violarum, aliorumque florum pulcherrime tingit. *d*

a In calcinatione Vitrioli ut plurimum exhalat pars dimidia. Sic libras viginti vidimus redactas ad libras decem cum dimidia.

b Ita paratus est sine omni corrosione.

* *Multi sunt ex doctis, qui spiritum vitrioli, non tam frigefacere; quam calefacere, aut, si refrigerandi vires obtineat, illas saltem acci-*

dentales esse, (quatenus nempe spiritus hic tenuissimarum subtilissimarumque partium cum aqua simplici fontana, aut alius liquoribus destillatis frigidis, commistus, eorum vim & qualitatem frigidam ad corporis interiora tranfert iisque quasi pro vehiculo est) opinantur. Verum hic illud tenendum est, quod ab omnibus Chymicis statutum & receptum, Victriolum, & reliquos sales omnes minerales, compositos esse, ex parte terrestre, aquea & ignea; eosque tanto calidiores esse, quanto terrestreitas est subtilior & in suo humido magis decocta. Vt autem partes istæ, perfecte, aut imperfecte, inter se mixtæ sunt, ita spiritus ex istis, facile aut difficulter, educuntur, qui spiritus tantum sunt pars aquea & ignea, imperfecte mixtæ, & quæ simul junctæ extremam pro generant aciditatem, eam, quæ in malis citriis est, tali quidem proportione superantem, ut, si hanc in primo gradu frigidam constituas, spiritus victrioli acidus futurus, sit in octavo, quod exinde facile deprehendes si partem unam spiritus victrioli cum septem partibus aquæ communis misceas. Aciditas enim, quæ hinc resultabit, similis plane futura est illi, quæ in citriis reperitur. Cum autem, secundum Galenum & Mesuen, omnia acida frigida sint per se, & non per accidens, quidni & spiritus vitrioli? Et ita quidem de reliquis etiam cæterorum salium spiritibus sentiendum. Verum enimvero cum omnes torum sapores oriantur à salibus, volatili nempe, quem, per analogiam, armoniacum appel-

lamus

mus, & *qui semper est in mercurio*; *essentiali*, *ui est in sulphure*; & *fixo*, *qui ex parte terre-riore elicitur*; *istique sales a suo humido ele-entari separati semper calidi existant, sit inde, uod omnia acida, tam inter mineralia, quam getabilia, cum sint composita ex humido cras-ori indigestoque*, & *sale armoniaco magis aut inus subtili, calorem occultum obtineant, cujus i experientia fieri potest, hoc modo. Recipe inerale aut vegetabile acidum, quodcunque olueris*, & *destilla illud, cum sale tartari, per lembicum, in B. M. Sic videbis id, quod efflu-t, omni sapore spoliatum esse, salemque tar-tri pondere, propterea, quod sal armoniacus a-do inesset, auctum, saporemque immutatum. t inquiunt, spiritus victrioli pannum corrodit*, & *carnes ipsas adurit. Verum si succus citri, qui b omnibus frigidus statuitur, margaritas* & *ralia corrodit, quis mirabitur spiritum vi-rioli, quem octavo gradu frigidum, compara-one cum succo citri facta, constituo, pannum* & *arnem corrodere?*

c *Renes à mucilaginibus feliciter expedit.*

d *Non ipse tingit, sed tincturā saltem evocat.*

Hisce apponere lubet spiritum Victrioli Crollii ag. 186. sed correctum, qui sanè admodum robus est & *genuinus. Ejus præparatio est ta-is: Recipe Victriolum Hungaricum, solve in a-ua destillata vel rore Majali*, & *solutum co-a, postea collocetur in digestionem cinerum sex arenæ vel fimi, in alembico negligenter saltem bturato, quia nil evaporat, stet per mensem*,

 tunc

tunc ad superficiem eijcit feces separandas. Iterum ponatur in digestione tam diu, donec nullas feces amplius rejiciat, postea coletur, & quod clarum est, in lento igne Balnei vel arenæ destilletur usque ad cuticulam in frigido, denuo concrescunt lapilli, toties colligendi, quoties id fieri potest. Hujus lib. V. vel VII. ex cucurbita probe loricata igne aperto per alembicum destillentur, spatio aliquot horarum, duarum, vel trium phlegma egreditur, quod auferendum est, postea sequuntur spiritus (ubi hi incipiunt ascendere; quod gustando poteris deprehendere; senties enim aciditatem, & videbis, ut in destillatione aquæ vitæ fieri solet, striarum instar, ut signum spiritus volatilis in alembicum ascendere) qui mutato vase recipiente seorsim colligendi sunt: Hic spiritus Victrioli ad odoris suavitatem, & dulcis aciditatis gratiam reductus, in quo nec sensibilis corrosio in lingua apparet nec tarda austeritas, sed spiritualis aciditas, utile est medicamentum & curationibus necessarium.

In hoc autem processu qui volet ulterius persequi destillationem, auctiore igne oleum profluens ad suos usus seorsim colliget, & hujus rectificati olei partem unam cum quatuor vel sex partibus spiritus vini alcoholizati, id est, sine omni phlegmate, in Balneo Rorido, per aliquot menses digeret, & postea destillabit, habebit oleum victrioli, supernatans aquæ suavissimi odoris & jucundi saporis, separetur per tritorium, antequam acidæ guttæ predierint, alioquin hoc cum illis remiscetur.

Spiri-

Spiritus Salis Communis.

Sal constat ex partibus diversis terrea, aquea, ignea. Constiētia & soliditas ejus à terra, liquabilitas ab aqua, mordicatio ab igne. Acris est, γλυκύπικρ@, incisivus, subtilis, penetrativus, purus, fragrans, incombustibilis, & alia à corruptione præservans, diaphanus acris instar, per reiteratas præparationes, dissolubilis in humido, liquabilis in igne, instar metallorum, estque seu anima in corpore, secundum Plin. *a* qui post Stoicos ait, salem datum esse carni porcinæ, sua natura quasi mortuæ, pro anima. Hinc n. in modum fermenti, corpus, cui miscetur, modo id penetrare possit, in suam naturam convertit, humorem viscosum putrefactioni obnoxium consumendo. Raimundus Lullius vocat liquorem salsuginosum, per totum corpus dispersum humorem urinalem, Paracelsus Mumiam. Varii ab artistis excogitati sunt modi Oleum seu Spiritum Salis eliciendi. Aliqui sal decrepitatum per se destillant, absque additione alicujus rei externæ. Sed cum sal sit facilis fusionis, & in unum coierit, spiritus contumacissimos foveat, *b* post destillationem viginti quatuor horarum, omnibus refrigeratis, retortam frangunt, massam salis terunt, & novæ retortæ imponunt, cum liquore destillato; idque toties repetunt, donec totum sal in oleum resolvatur, quod

octava aut nona destillatione *c* fieri solet Tædiosa nimis operatio.

d Alii sal calcinatum, in cella vel aqua pluviali dissolvunt, & cum argilla figulina cribellata impastant, indeque orbiculos vel globulos formant, quos exsiccatores retorta indunt, & spiritus eliciunt.

Ego vero sic parare soleo. Accipio libras duas Salis marini calcinati *e*, misceo cum sex libris *farinæ laterum*, vel *terræ rubræ* vel *boli communis*, impono retortæ firmæ & amplæ *f* ut tertia ad minimum pars vacua remaneat, adhibitoque recipienti amplo, in quem prius aquæ *g* stillatitiæ libram infudi, destillo per triginta horas, servatis iisdem gradibus ignis, de quibus destillatione spiritus Victrioli dictum. Post separationem *α* aquæ & phlegmatis, accipio viginti ad minimum uncias olei acerrimi, quod rectificari debet.

Usus

α Hæc perficitur ex cucurbita vitrea igne secundi gradus per MB. ubi primo exit phlegma, Spiritu in cucurbita remeante subflavo acido, quem siquidem album desideres, continua destillationem, recipiente mutato & quod exit post phlegma extractum excipe.

Usus vires exerit potentissimas, cum interius, tum exterius sumptum. Renovat totum hominem, & præservat ab omnibus morbis, si in generoso vino aut aqua vitæ usurpetur. Cum sale absinthii mistum, & in vino aut aqua absinthii usurpatum, hydropem tollit. Curat epilepsiam, icterum, febres, calculum, lumbricos. Inunctum sanat membra luxata, contracta, paralytica, apostemata, dolores item podagricos mitigat, si cum oleo vel Terebinthinæ, vel ceræ, vel chamomillæ misceatur. Calcinat etiam o-

Usitatissimus mihi Spiritum salis conficiendi modus est

℞. Salis calcinati ℔ij alum. calcin. ℥j. mixta per retortam loricatam destillentur.

Quam prave Spiritus salis pro destillatione, sali addatur bolus, aut simile quid egregiè & fusè declarat *Zvvelferus* in sua Mantissa Hermetica ad Pharmac. August. his verbis:

Quanta cum difficultate *Spiritus salis* genuini aliqua copia vel quantitas acquiratur, de hoc satis querelarum est, non modo apud Pharmacopœos, sed ipsos etiam Chymicos, eosque qui in ejusmodi *spirituum destillatione* ex professo & unicè occupati sunt: Hinc adeo fit, quod dictus *Spiritus salis*, raro purus,

mnia metalla, lapides, vitrum ipsum, arti opus perfectissimum. *b*

a Plinius hæc non habet.

b Imo salsum nullum plane spiritum de mittit, nisi vicissim discontinuetur.

c Vi.

purus, & aliis, (maximè vero *spiritu nitri,* non adulteratus divendatur, ut ita nullus, nisi qui ipsus illum destillaverit, de legitimo & vero *salis spiritu* certus esse possit. Causam hujus mali, aut difficilis destillationis, nemo adhuc detexit, aut assignare potuit, quam tamen ipsa natura nobis patefacit: Etenim quis non videt, si *spiritus salis, vitrioli,* aut similes *spiritus acidi & corrosivi*, super *arenam lateres,* aut *terram figulinam siccam* vel *bolum* fundantur, (uti non raro ex incuria, & eorum transfvasatione contingit,) quod fermententur veluti & ebulliant, inque res prædictas agant, & agendo vicissim patiantur, imo totaliter destruantur, ac in aliud ens convertantur, non secus, ac si pro solutione rerum aliarum mineralium & metallicarum adhibiti essent? Si hoc evenit jam paratis aut *destillatis spiritibus*, quid obstat dic amabo, quin etiam in ipsa destillatione *spiritus salis egredientes & fervidi, terram figulinam* statim, cui impactum est *sal*, aggrediantur, corrodant, & ita se reciproce destruant, ut exigua portio *spiritus*, eaque tota phlegmatica vel

c Vix duodecima.
d Sed valde bona.
e Id est, decrepitati.
f Terreæ. *g Non*

vel aquosa transeat? Objiciet autem quispiam, quod *spiritus nitri* æquè acidus sit ac *spiritus salis*: *nitrum* autem utplurimum *terræ figulinæ* etiam commisceatur, in globulos efformetur, aut *bolus* illi addatur *siccus* pro destillatione, nihilominus *spiritum* emittat *acidissimum* & *corrosivum*; Ergo. Respondeo; concedendo quod *spiritus nitri* acidissimus sit, imo magis corrosivus quam *spiritus salis*, multo etiam majorem copiam *spirituum corrosivorum* suppeditet *nitrum* quam *sal*; hinc etiam fit, quod non tota quantitas *spiritus nitri* in adjectam *terram figulinam* agere & se mutuo destruere valeat, sed tantum secundum proportionem *adjectæ terræ* variat eorum actio & reactio; quo enim plus *terræ* illi addideris, eo minus etiam *spiritus nitri* adipisceris; è contra, si *alumen ustum*, aut simile quid, in quod *spiritus dicti* agere non possint, illi debite & dextre adjunxeris, longe majorem copiam *spirituum* prolicies, quam si *terram figulinam* addidisses. Secundo, non omnes res vel cuncta *mineralia* aut *metalla* corrodit aut dissolvit *Nitri spiritus*, utpotè *Aurum*, *Antimonium* crudum, *Sulphur*, &c. quæ tamen *spiritus salis*, licet mitior sit illo,

g Non opus est effusione aquæ, quia per se etiam phlegma destillat.

h Dosis à gutt. 4. 5. 6.

Spiri-

---

illo, attingit: Sic etiam *Bolum*, aut *terram figulinam*, item *sigillatam*, quæ utplurimum semine *Auri* prægnantia sunt, proprietate sua *spiritus salis* citius agreditur, quam *nitri*. Patet ergo, quod præpostere *argilla* vel *terræ figulina sali*, & similibus rebus, *nitro* etiam jungatur, pro destillatione ipsorum *spirituum*. Ipsa quoque *sublimatio Mercurii* aut *Argenti vivi* peragenda cum *sale* & *vitriolo* id luculentissime demonstrat, ubi *spiritus omnes salis* & *vitrioli* in ipsa sublimatione *Mercurium* dissolvunt, & in duram ac solidam compagem (quod sine additione illorum fieri non posset,) transfigurant, de *spiritibus* autem dictorum, *vitrioli* & *salis*, nequicquam transit aut prolicitur. Propterea hanc cantilenam, quam omnia *tyrocina chymica* in destillatione horum *spirituum* modulantur, cum plurimis aliis indignis processibus & mendis, quibus illa utplurimum scatent, explodimus merito. Qualiter autem hi *spiritus* destillandi, vel potius quibus rebus pro destillatione permiscendi sunt, jam dum paulo ante dictum est; qui vero *experientissimi Glauberi*, hujus & aliorum similium *spirituum* destillandi modos, quos indigitat in *Tract.* 1. & 2. *pri-*

Spiritus Nitri.

Nitrum, five sal petræ misceatur cum tri-bus partibus *boli communis*, *a* & destilla-tur per retortam, *α* spatio decem vel duo-decim horarum *β*. Ex libra *γ* una salis pe-

F 6 træ,

---

z. *primi & secundi sui Furni philosophici* am-plecti velit, illi non repugno, quin insuper moneo, ut *spirituum præfatorum* virtutes dis-crepantes ac diversos utendimodos, ex soli-do ejus discursu, lectione diligenti colligat.

α Igne primo leni, hinc ubi recipiens ali-quomodo rubicundum fieri incipit, ma-jori & reverberatorio; Ignis autem hic nullo modo interrumpendus est in Spiri-tuum salinorum destillatione, fusum enim sal & coagulatum Spiritum non ediicitur, quod hic semel monuisse suf-ficiat. Videatur commentarius præce-dens &. *Zvvelferi* de Spiritu salis. &c.

β Seu tamdiu donec clarum fieri incipiat recipiens antia à Spiritibus prodeuntibus obscuratum, quod raro intra horas accidit viginti.

γ Hoc quam falsum sit cuivis experiri licet.

træ accipies libram unam ſpiritus, ſi bene operatus fueris.

a Vel terræ figulinæ, maximè ejus unde fiſtulæ tabaci fiunt.

Spiritus Ardens Saturni. ✱

Calx Saturni ſive *minium*, *aceto* deſtillato, vel ejus ſaltem phlegmate perfunditur *a* poſtea per diem naturalem ſæpius agitando ne in fundo vaſis concreſcat, *b* digeritur. menſtruum detrahitur, *c* aliudque donec omnis ſalſedo *d* abſtrahatur, ſubſtituitur. Depletiones filtrantur, & ex duabus circiter parti-

---

Vires Diſcutiendo atque reſolvendo malignos crudos, tartareoſque humores, obſtructiones tollit quaſcunque, calculum frangit, unde uſus ejus inſignis eſt in Colica, pleuritide, hydrope, Febribus omnis generis maximè ardentibus. Immiſcetur & liquoribus aliis pro gargariſmate. Doſ. interne ad ℈ß in liquore convenienti.

✱ Laborioſa hæc ut eſt, & ſæpè Fruſtranea Spiritus ardentis ſaturni deſtillatio, imo in medicina exigui ſatis uſus, ita faciliorem, certum, & modo caute id fiat, ſumma utilitatis hanc damus. R. Sach. Saturni cum liquore in quo edulcoratur illud facha-

artibus evaporantur, cristalli loco frigido expectantur, separantur, in novo aceto *e* dissolvuntur, filtrantur, & toties ut supra, coagulantur, donec sufficienter sale aceti Armoniaco, tanquam proprio fermento impraegnentur. Tali calore balnei, per mensem digeruntur, ut perpetuo instar olei in liquorem resolvantur. Destillentur postea per retortam, in arena, servatis ignis *f* gradibus, adhibitoque recipienti amplo, *g* qui nisi diligentissime cum retorta, lutetur, tanta frangrantia, totum laboratorium replens, deperit, ut non dubitem, quin ea omnium vegetabilium odoratorum simul congestorum & mistorum odores longe superet. Post destillationem, omnibus frigefactis, caput *h* mortuum reperies nigerrimum nullius momenti. E liquore egresso, separabis *i* oleum flavum supernatans, & oleum sanguinis instar rubicundum

---

c harum, omniaque commixta infunde retortae vitreae appositoque recipiente ignem subministra primo lenem in fine fortiorem paulò absolvitur operatio paucis horis; hisce peractis pone materiam extractam destillatione in cucurbitam cum alembico & extrahe Spiritum phlegmate remanente in cucurbita, rectificandum.

cundum, fundum petens. Phlegmate per rei-
teratas destillationes *k* ab aqua ardente se-
parato, servabis spiritum Saturni odoratissi-
mum, tanquam balsamum præciosissimum
ad varios morbos tam intra, *l* quam extra
corpus utiliter adhibendum.

Cæterum non è Saturno tantum arte
Chymica, spiritus ejusmodi fragrans elici
potest, verum etiam ex omnibus aliis me-
tallis, mediante aqua illa viscosa minerali,
quæ solius Vulcani beneficio, absque ulliu
rei externæ additione, brevissimo tempori
spatio, educitur, & de qua Rhodianus in tra-
ctatu trium verborum: Mutatur iste spiritu
fumosus, aquosus & adustinus in nobilissi-
mum corpus, & non fugit amplius ab igne,
sed currit, ut oleum, &c. Recipit enim o-
mnes qualitates metalli, cui industria sagaci
artificis immiscetur, odorem, colorem, sapo-
rem, cũ conservatione facultatis vegetantis.
Et sicut Rhases dicit, prout mutatur mutat.
Unde constat, quam turpiter physicarum i-
gnari sint vulgares Misochymici, qui odores,
sapores, & virtutes reliquas Medicas solis
vegetabilibus vendicant, & metallica tan-
quam humano corpori infructuosa, cane
peius & angue fugienda existimant.

a Ad eminentiam trium digitorum, seu ad libras 3. minii, accipe libras quatuor aceti destillati.

b Lento calore.

c Depletur.

d Dul-

d Dulcis.

e Destillato.

f Excipiatur primo phlegma insipidum, quod post hoc spiritus albicantes prodire videris, &c.

g Excipiantur illi.

h Quod simul atque aeri exponitur flammam concipit.

i Magis ad sensum & experientiam ita scribendum: separabis oleum sanguinis instar, &c. emptis supervacaneis.

k In phiolis.

l Spiritus ardens Saturni non usquequaque tuto intra corpus sumitur; virilitatem enim destruit & emasculat, in febribus tamen ardentibus & malignis, prætereaque in peste ejus usus sæpissime profuit, nec à scopo aberrant, qui Bezoartici loco, in tali casu propinant guttulis videlicet duabus, aut ad summum tribus, in aquis cordialibus.

Inter destillatione hujus Spiritus simul prodit oleum rubrum in guttis rubris, exindeque quod prolectum est rubescere videtur. Quod si ergo rectificatur, habebis quatuor diversa menstrua spiritum nimirum ardentem, qui primo prodit, deinde oleum flavum, quod secundo prodit, tertium est phlegma; quartum vero est oleum quod in rectificatione in vase manet.

CAPUT

CAPUT V.

De Aceto.

Acetum Destillatum.

ACetum sine digestione, eodem mod destillatur, quo & vinum, nisi quo phlegma ut in omnibus acetosis alii primo egrediatur, Spiritus autem ultimo. O leum *a* & sal pari ratione, uti de vino d ctum, eliciuntur.

a Fœtens.

Insunt enim illi omnes istæ partes, qui quid etiam Misochymici blaterent, qui n que aceti anatomiam unquam viderunt, n que, quod Galenus, *lib.* 1. *de facult. simp medic.cap.* 18. de aceto pronunciat, legerun Atque ego sane, inquit, non multum abes quin illorum laudem sententiam, ad eam que prompte accedam, proque hac assertion & opinione pericula omnia subeam, si quan artem aut machinam invenire queam, sicu in lacte, contrariarum partium separationis ita hic quoque. Quibus verbis ille indicat, s non solum in aceto diversas statuere partes sed etiam, se hanc sententiam confirmatu ram, si esset inventa ars separandi partes a ceti, uti partes lactis segregare possumus, a caseum à sero & butyro distinguere. Ista au ten

m ars, Galeno incognita, est Chymia nora, cujus si vir ille divinus notitiam aliuam habuisset, nullus dubito; quin remeia excellentissima invenisset, & usui nostro eliquisset. Quod si idem etiam nunc temoris reviviscerct, videretque, quam illi, qui e à nomine ipsius, Galenistas appellitant, nventis frugibus, vesci tamen glandibus maint, utique hanc ingratitudinem, & turpem gnorantiam suorum discipulorum, vix probaturus esset.

Mirum autem est, acetum destillatum non sse tam acre, atque simplex, & interim tamen esse penetrantius; crebrioresque tandem destillationes vires ejus, non tam augee, quam retundere.

Acetum † *Alkalisatum.*

Aceto ad mellis liquidi consistentiam *a* destillato, superfunditur *Aqua communis*, ut ad palmæ altitudinem emineat, digeritur in balneo per biduum *b*, ponitur in loco frigido, ut cristallos producat, aqua per inclinationem effunditur, aliaque *c* donec omnis oleaginositas abscesserit, superfunditur *d*. Tum cristalli sæpius solvuntur in aqua bulliente, & coagulantur in frigido, ut omnino reddantur diaphani, acetumque quarto destillatum, & ab omni phlegmate depuratum, *e* iis super funditur, ita ut ad unam libram cristallorum, addantur quatuor

tuor aceti, & per arenam, in retorta, dan sub finem ignem satis fortem destillantu Quo facto, *f* feces calcinantur, fixum sal elicitur, acetumque sales essentiali anim tum rectificatur; & dein à sale fixo, igne s tis violento destillatur, re affundendo toti super id, quod in fundo remanet, donec t tum sal per alembicum ascenderit. Tande acetum hoc sale proprio imprægnatum, p balneum bulliens bis *h* destillatur, accip turque acetum, ad durissima lapidum crista lorumque corpora calcinanda, validiss mum.

† *Id est est cum proprio suo sale conjunctum vocatur alias acetum Radicatum.*

a Quæ est fæcum à destillationibus multi aceti in residuo manentium, continens in se & oleum & sal.

b Filtratio, & ad tertiam partem evapo ratio non est necessaria.

c Super feces reliquas.

d Digeritur: filtratio, sicq; evaporat & col liguntur crystalli.

e Quod acerrimum. Nam crebriores destil lationes aceti vim potius retundunt, quam augent, itaque satis est habere acetum fortissimum, quod omnibus ablatis aquositatibus, primo egredientibus ultimo destillatur; oportet igitur in aceti destillatione primas destillationes admodum esse lentas in Balneo, ne si fortibus urgeatur cum phlegmate, etiam spiritus aceti simul transeat, quod bene notandum.

f Quod

f Quod enim quidam volint ut deleantur illa *rba* : feces calcinantur, *non admiserim faci-*, *cum absque calcinatione sal fixum posse elici* *possibile mihi cum Beguino videatur.*

g Cum phlegmate aceti, vel aqua communi *lida.*

h Quod prima hac destillatione simul cum a- *eto transiit.*

i Sufficit semel.

Sal aceti, ut & vini duplex est, volatile u- *num, quod & armoniacum vocant, & fixum.* *Volatile semper transit cum aceto, super salem* *roprium destillato, fixum vero manet, quod &* *militer cum aceto conjungatur, utere compendio* *llo, quod ad spiritum tartari supra est osten-* *um. Sic igitur procede, sume illum salem fi-* *um, solve iu aceto, prius cum sale suo volatili* *nimato, quantum potest, digere aliquamdiu,* *postea cum terra figulina, vel bolo impasta, ut* *loboli fiant, qui per retortam in vas recipiens* *magnum igne nudo per gradus destillati, omnem* *salem de se spiritualiter emittunt, eundemque* *n acetum transferunt, hac igitur sola destilla-* *tione efficies id, quod vel multis cohobiis præsta-* *ri nequeat.*

Aliud.

Destilla bonam quantitatem Aceti vini, separatoque phlegmate, effunde spiritum, qui ultimo egressus est, super feces, in retortam, &

& destilla, reverberio clauso, dando ignen fortem, per horam unam, & tantum circa finem, ut retorta candescat. Separato dein oleo, cohoba trinis vicibus, dando sempe ignem magnum, circa finem, ut prius. Tandem rectifica, per balneum bulliens, & habebis acetum vini bene alkalisatum.

Aliud.

Recip. *mellis* libr. unam, *salis communis* lib. semis. Misce, & coque in olla ferrea usque ad constentiam nigram & spissam eamque sæpius move. Deinde effunde super tabulam madefactam: &, cum refrixerint, pulverisata pone in retortam, affusis duabus libris boni aceti vini destillati, absque phlegmate, dein destilla reverberio clauso, bis cohoba, & tandem destilla, in balneo bulliente, sicut supra. Sic habebis acetum vini radicatum, ad eliciendas metallorum & mineralium tincturas.

CAPUT VI.

De Oleis.

OLeum propriissime dicitur de oleo ex olivis expresso, omnis excedentis qualitatis experte, de reliquis vero, non nisi per similitudinem *a*. Omnia autem olea

a inter aeris & ignis naturam ambigunt, & o acriora sunt, eo magis ignea, quo minus ria, eo magis ætherea censentur.

a Scilicet viscositatem.

Quæstio est nobilissima, num olea in sua natu- seu essentia purissima, sint combustilia ? id od negamus, ex fundamento Anatomiæ vita- , in qua elicitur essentia ita spirituosa, omni- e sua heterogeneitate liberata, ut nullam im- imat inflammationem, quin potius eandem a facultate tincturali extinguat, hoc apparet unde in affectibus inflammatis, ubi maxima m utilitate, oleosa ejusmodi spirituosa adhi- ntur. Sic oleoginosa perlarum substantia, est nfortativum, in cordis & reliquarum partium fectibus præstantissimum. Quapropter conclu- ndum, serioque statuendum, cum inflamma- nem Anatomia effata ignoret, eam crasso cui- m, atque narcotico, fœtidoque sulphuri ad- ribendum. Sic empyreumata oleis imprimun- r, non spirituosis & puris, sed crassis, fæcu- ntis, atque multum virtutis narcoticæ possi- entibus quibus si exuta sunt, nullum sane em- reuma recipiunt. Simile exemplum est in A- tomia salis, quæ nullam proprietatem sitim ducendi agnoscit, sic & in aliis quam pluri- is.*

Oleum ex Vitellis Ovorum.

Vitellos a comminutos in sartagine frige, gne temperato, donec rubescant & oleum remit-

remittant, continuo ſpatula lignea vel ferre movendo, ne adurantur. Oleum poſtea calide exprime, & cum magna Aquæ *b* ſtillatitiæ quantitate, per menſem in B M. digere. Aliqui fixos ſic vitellos, in linteo, oleo amygdalarum dulci madefacto includunt, & ſub prælo *c* exprimunt.

Uſus. Matthiolus in Dioſcoridem ſcribens, hoc oleum commendat ad aſperitatem cutis, impetigines, fiſſuras labiorum manuum, pedum, dolores ulcerum, articulorum *d* & omnium locorum nervoſorum. Præterea utile eſt locis igne ambuſtis & in membranis cerebri. Ulcera maligna cicatriſat *e* & pilos generat. *f*

a Coctos.

b Roſarum, aut alterius, additur autem ut oleum corrigatur, nec facile rancidum fiat.

c Hoc modo oleum ex ovis anatum expreſſum, & poſtea illitum, & cum particulis laterum per retortam ex arena actum ad herniam inteſtinalem penitus ſanandam mire commendadatur. Sic oleum vitellorum anſeris ad dolores luis Venereæ inveteratos in articulis valde proficuum cenſetur.

d Valet etiam egregiè ad artuum dolores Oleum Lumbicorum in hunc paratum modum Recipe butyri *&* lumbric. *ana* ℔ j. *Commiſceto & ponito in olla vitreata, cujus fundus aliquot foraminibus pateat, impoſito operculo, & ſuppoſita alia olla collato in furno piſtorio cum pane, deſtillabit olleum in ollam inferiorem, id eximito*

...to & in eo decoquito Flor. verbasci, chamæ-...l, cheyri, hyperici Herb. melliss. perfoliatæ, ...tonicæ, baccar. & fol. paridis ana Mj. una ... altera ebullitione facta modice exprimitur o-...um & reservatur. Aqua vero ovorum sic fit. ...cipe album. ovorum coctorũ *q. v. adde pul-...rem* putaminorum ovorum, *& destilla exa-...mbico per retortam, igne ad extremum vehe-...entiore, prodit cum oleo fætido, etiam aqua, ...am separatam aliquoties, nimirum sexies vel ...pties, destilla per se, donec clara & à sensibili ...tore libera futura sit.*

e Cum pauxillo salis Saturni.

f Si muscis junctum fuerit.

Oleum Salviæ.

Recipe magnam *Salviæ a* quantitatem, ...mque per duas aut tres septimanas in um-...ram pone *α*, postea *b* per refrigerium *ß* ...estilla, & accipies aquam, quæ rectificari ...oterit, & oleum flavum *c*.

In vitro amplo satis fortiter clauso.

Ex Vesica scil. cuprea cum alembico & refrigatorio canali, stanno interius obductis; aut ex Cucurbita vitrea per MB.

Cohobatio vel reiterata aquarum destil-...tio, præsertim *recentibus herbis* aut *aroma-...bus*, ex quibus *olea* destillanda, adjectis, *o-...is* autem prius & singulis vicibus separatis, non

Prodest *d* in omnibus nervorum morbis Paralysi, Apoplexia, Convulsionibus & si milibus.

a Efflorescentis.

b Cum aqua communi, quantum satis ma cera, &c.

c H.

---

non parum adjumento esse potest, ad majo rem copiam *oleorum* acquirendam, quia a qua à primo v. gr. *Cinamome* aut alia re de stillata, imbuta & impraegnata, de recent *Cinamomo* illi adjecto, ne quicquam ampliu continere potest, sed necessum est, ut peract deßtillatione *oleum à Cinamomo* fundum pe tat, vel ab alia re supernatet. Additio *sali Tartari* vel aliarum similium rerum superva canea est, modo in regimine ignis non pec cetur, quem aequalem esse convenit. *Alembi cus* vel *Vesica cuprea* non sit nimis alta; *capi tellum* ejus largum vel amplum esto effor matum ad formam *capitelli vitrei*; *Stann* sint obducta singula, *vesica cuprea* scilicet *capitellum* & *canalis*. Est & alius modus *olei* similia absque affusione *aquae* destillandi pe retortam in M.B. vel segmentis ligneis col latam, igne, quam in tali destillatione fier potest, intensiori, quem modum paucis indi gitavi in *Animadversionibus super aquas sim pli es* in fine. Ita differit *Zvvelferus* in pharm August. pag. 770.

c Hic communis est modus omnium vegetabi-
um olea eliciendi.

d Olea herbarum adeo prosunt, atque ipsæ
ntæ.

Oleum Ceræ. a

Lique fac *Ceram*, igne moderato, tamdiu t in fusione, donec bullas ulterius non oducat. Tum amotæ ab igne commisce plum sui ponderis *salis decrepitati*, & della per retortam a igne moderato. Ex lia ceræ, extrahes ℥xij olei. b

G [*c Vires*

Si bene consideretur duplex deprehenditur. Unum crassum, & butyraceum, alterum liquidum. Butyraceum hoc modo fit

. *Ceræ flavæ* optim. ℔ij. liquefiat ad ignem in olla vitreata, liquefactæ & ab igne remotæ sensim spatula commisceantur *arenæ lotæ & siccatæ* ℥viij, hinc fiant exinde globuli parvi, qui injiciantur retortæ vitreæ, destillationeque instituta, sensim extrahe, primo phlegma spirituosum. Hinc ubi oleum exire vides crassum, butyraceum albicans, magis magisque circa finem nigricans, augeatur ignis ad gradum ij. in quo persiste usque ad finem. Liquidum tali modo paratur.

R. *Oleum*

c *Vires*. Resolvit, attenuat, penetrat, mollit,discutit, ac propterea utile est apost matibus duris & tumoribus frigidis. San fissuras papillarum in mammis mulierum; dolores earum mitigat. Uulnera etiam re centia consolidat, si ea bis de die inunga Confert & in ambustis, commistum cum leo ovorum.

a Rectificetur bis vel ter, si præsertim, qu plerumque fit, crassuscule transierit.

b Circiter duodecim olei.

c Intus sumptum à tribus guttis ad sex, aq. petrosel. aut vino malvatico. Exterius pr terea ubi dolores vehementius urgent, & loco d lorifico, cum oleo scorpionum & de lateribus na mistum, & inunctum, calculum & urina feliciter movet suppressam. De usu & efficac hujus olei plura qui desiderat, consulat tract. med. destill. part. 1. Conradi Khunraths.

Oleu

R. *Oleum hoc butyraceum*, idque per cucu bitam vitream ex MB. rectifica, igne lent & exitur oleum liquidum, clarum, aur coloris, phlegmati suo innatans, arte ab e separandum, similiter ut oleum anisi & f milia.

Vires. Butyraceum externe tantum usurp tur ad defluxiones brachiorum, crurun nodos, paralysin, arthritidem, &c. cal de e

Oleum Terebinthinæ.

Recipe *Medullam* α ex destillatione spiritus Terebinthinæ residuam, eamque per cineres β in retorta γ per se δ destilla, sic ubi Oleum extractum fuerit ε, restabit in fundo retortæ Colophonia ζ. Si digeras postea in balneo, ut de oleo vitellorum dictum est, omni empyreumate spoliatur η.

G 2 *Vires*

---

de eo partem inungendo, præmissa fricatione ejus commoda. Liquidum etiam intra corpus sumitur, ad guttas aliquot, ad consolidationem partium ruptarum, disenteriam &c. Alias externe cum butyraceo viribus convenit.

ε Hanc ut accipias, & ne simul cum Spiritu Therebinthinæ Oleum ipsum exeat (quod facile etiam fieri potest, modo ignis non adhibeatur nimis intēsus, quodque facere haud ita inconveniens, cum sic præcaveatur & empyreuma alias facile ipsi obveniens, & æstus nimius labores non raro irritas reddens,) ubi oleum Spitui admisceri vides, ablato alembico magnam copiam aquæ frigidæ vesicæ infunde & coagulabitur omne Therebinthinosum, eximendū & pro Colophonia vera servandum. Spiri-

Vires. Calefacit, difcutit, aperit, mundif cat, confoli dat, atque exterius loco veri ba fami *a* ufurpari poteft in omnibus vulner bus, ulceribus cacoetheis, infanabilibus, fo tidis, fracturis, contracturis, membris refr geratis pernionibus &c. *b* præftat autem hæ non femper per fe, & folum ufurpatum: fe requiritur infuper, ut cum aliis, affectui cu rando idoneis, convenienter mifceatur.

a Si hoc oleum leniter in fcutella aperta eva poravi

Spiritus autem Therebinthinæ deftillatio nem præmittere cui volupe non eft, & ta men Oleum ejus qui expetit, is fuma Colophoniam, flavam veram, ex eaqu per retortam vitream ex arena primo O leum illud leni igne per fe extrahat, mo & auctiore eo, Oleum rubrum craffum Balfamus vulgo quod appellatur.

β Placet magis per arenam ipfam.

γ Vitrea.

δ Sunt qui addunt arenam aut fimilia, a effervefcentiam ejus inhibendam, fed mo do ignis caute regatur, iis opus non eft.

ε Primo flavum, & verum Oleum There binthinæ dictum; hinc & craffum, ru brum, Balfamum vocatum.

ζ Poterit quidem & hæc materia remanen Colophonia dici, fed improprie magis nigri

*raverit, reducitur in colophoniam instar ru-
ni traslucentis, quæ pulverisata, & cum spiri-
vini extracta, remoto postea per destillatio-
m spiritu, relinquit balsamum admodum uti-
in doloribus nephriticis, regione renum tan-
m cum pluma aliquoties inunctum, alias ejus-
m vitres præstantissimas, vide apud Conrad.
unradt. in Medull. 5. Destillat. 22. pag. 583.
seq. aliis multis & apud Iohan. Scroder.
arm. 1.4.*

Oleum Caryophyllorum.

R. *Caryophyllorum* grosse tusorum ℔iv.
quæ fontanæ ℔xxxx. Macera in loco cali-
o q. s. adde *Tartari* *b* ℥ij. destilla per ve-
cam æneam cum frigeratorio, & habebis
ei uncias octo. Eodem modo destillantur
acis, Piper, Semina anisi, coriandri, &c.

*a Aromata destillanda in pulverem minime
nt redigenda, quia oleum aromatum in for-
a pulveris quasi figitur, & in feces abit, at-
e illis se insinuat.*

b Crudi.

nigricans, exsiccataque admodum, sed
proprie magis ea est, de qua modo egi-
mus.

Imo modo habeatur ut diximus regi-
men bonum ignis, empyreuma nullius est
momenti, & ex se facile sensim abit.

Usus. Quanti Oleum hoc Theophratus fecerit, Chymurgia ipsius satis ostendit. Confert frigidis ventriculi morbis, hepati, cordi, cerebro diarrhææ à causa frigida, spiritus melancholicos dissipat, & clarificat crassos *a* Extrinsecus vulnera *b* recentia sanat, & vices veri balsami obit.

a Memoriam acuit, lypothymias solvit imprimis vero apoplexiæ medetur. Dosis *à guttis duabus ad VI. in aquis convenientibus.*

b Præsertim capitalia.

Crollius *aliter oleum elicit caryophillorum pag.* 169. *sicut oleum cinamomi. Quoniam autem hoc oleum cinamomi inter efficacissima confortantia spagyrica refertur, ejus descriptionem genuinam hic docebimus. Primo Cinamomum in frustra confringatur, modicumque contundatur, contusum ita crasso modo selectissimum cinamomum in retortam vitream immittas, & in balneo sicco lento calore destilles, tunc exit Aqua, quod si in fine fortius urseris, Oleum fœtidum prodibit, quod ab empyreumate, in modum olei Tartari à Crollio factum fol.* 158. *liberandum. Illam aquam recenti ligno, vel cortici affunde & perge in destillatione, quam si continuaveris aliquoties dicto modo, habebis magnam copiam aquæ & olei, fæces in fundo omnino aridas, subnigras & insipidas, sali tamen inde conficiendo perquam utiles; præstantius est oleum ex Cassia lignea, male à quibusdam inter canellam & cinamomum relata. Habet enim in se lentorem quendam & mucilaginem ipsa masticatione*

catione deprehensibilem, quæ in Cinamomo n deprehenditur; Præterea sapor ejus cum a-mine fortiori & magis oleaginoso, quamob-m oleum quoque ex eadem destillatum fortius ajorisque virtutis esse, maximè veritati con-ntaneum est.

Oleum Sacchari Simplex.

R. *Sacchari albi* grosse tusi. ℥ iv *Aquæ vi-æ* ℥ viij aquam vitæ succende in scutella, ar-entea vel figulina vitreata, in quam saccha-um injice, continue spatula agitando, donec amma cesset. Tum adde *aquæ rosaceæ* ℥ ij isce *a*.

Usus. Est suavissimi saporis, corroborat, tussi, à materia lenta & crassa, laboranti-us certo experimento opitulatur *b*. Inci-it enim istam materiam, absumit eam, le-it pectus; catharros nonnihil sistit; & ven-riculi concoctionem promovet.

a Dosis cochleare semis.

b Asthmati, raucedini & pectoris affectibus medetur.

Oleum Sacchari Compositum.

Recip. Saccari albissimi lib. unam, Pulve-risa bene irroraque Aceto squillitico, & rur-sum exsicca igne lento, idque tertio repete. Dein Recipe Iridis Florent. pulveris, enulæ campanæ, ana unc. unam Pulpæ dactylo-

rum, Passularum purgat. ana drachmas tres Cortic. Aurantior. siccat. Benzoini, ana drachmas duas, Croci Orientalis drachmam unam. Infundantur spatio bidui, in spiritu vini, sæpius rectificati, libris duabus. Hinc fiat separatio per inclinationem. Separato liquori adjice saccharum, ut supra, præparatum. Incendatur spiritus vini, tamdiu agitando, donec, sponte exstincta flamma, omnia in oleum crassum & spissum, instar syrupi, abierint, cui admisce olei sulphuris q. s. ad pauxillum aciditatis introducendum.

Usus. Prodest egregiè in tussi eliminanda, modo febris absit. Expectorationem enim strenuè promovet, & asthmaticos imprimis juvat, eclegmatis instar assumptum, prout de suis etiam oleis saccharaceis celeberrimus Medicus, Theodorus Majernius Turquetus, olim Christianissimi Galliarum Regis, nunc vero serenissimi magnæ Britanniæ Regis Consiliarius, in sua apologia, ad cujusdam anonymi calumnias, historia prima, testatur.

Oleum Heraclinum.

Paratur hoc ex Corylo, dum floret, non aliter ac oleum ex ligno Guajaco, & utilissimum esse creditur ad epilepsiam percurandam, dentium dolores sopiendos, & vermes è corporibus profligandos.

Oleum

Oleum Tartari per deliquium.

Oleum h oc, præter modum superius in ritu ejus, traditum, fit etiam per deliium *a*, ponendo *Tartarum ad albedinem inatum*, in cella vel alio loco humido, nec resolvatur in oleum, quod postea filndum. Parari etiam potest, si Tartarum st calcinationem, in aqua communi disvatur, filtretur, coaguletur, & in loco hudo donec resolvatur, collocetur.

Usus. Optimum est remedium in omnis serpiginibus, ulceribus, præsertim aun venereis, tinea, scabie, verrucis. Faciem gat & cutem reddit teneram *b*.

Qui vero id exhiberi voluerit intra cors, necesse habet; ut saltem dissolvat, in nvenienti aliqua aqua destillata, quæ maproderit, quàm humiditas loci alicujus bterranei, qua ille sal alias in liquorem lvi consuevit.

a Id est per resolutionem ab aere humido gido.

b Est porro hujus olei tartari elegans usus in ractis vegetabilium purgantium conficien-; ejus enim guttæ 4. 5. 6. cum menstruis mis-, ilico tincturas vegetabilium extrahunt, ut c seq. docebunt; imo & præcipitationi variom inservit.

De hoc oleo Tartari per deliquium obiter & identer docet Crollius in sua Basilic. Tartaro Trioleto, pag. 11.

Oleum Succini. †

Digere ℔j *Succini triti*, in *Vini albi* a libra una. Tum adde manipulum *Salis præparati*, destilla per retortam *b*, servatis ignis gradibus. Rectificatur *c*, bis destillando, cum sale tantum.

Vires. Oleum flavum Sacrum olim appellatum fuit, ob vires ejus eximias, quas cum per se, tum cum aliis mixtum præstat, in epilepsia,

---

* Melior modus Oleum Succini destillandi hic nobis videtur,

R. *Succini grosse contusi* ℔j.

Arenæ siccæ aut *laterum pulverisatorum* ℔j mixta destillentur per retortam terream, ignis aperti fornace, aut etiam ex arena; idque per gradus & admodum caute; exibit primo phlegma, post, igne tertii gradus, Oleum clarum, subtile, tandem igne quarti gradus Oleum crassius ac Fœtidum; salque volatile parietibus retortæ & recipientis adhæret.

Facta destillatione, omnibusque refrigeratis fiat rectificatio & separatio Olei clari ab Oleo fœtido hoc modo. Liquos extractus cucurbitæ vitreæ infundatur, & ex Balneo M. destilletur igne satis valido, & exstillabit

sia, apoplexia, melancholia, spasmo, vertine, poste, calculo, frigidis capitis defluonibus, cordis palpitationibus, animi dequis, ictero, difficultate respirandi. dysuriis, rtu difficilis, uteri strangulationibus, menim retentionibus, fluore matricis albo, veribus, febribus *c*.

† *Præsertim albi.*

a Crollius pag. 190. *addit aquam rosarum betonicæ.*

b In arena vel calce mortua. Hoc est addanr prius fragmentis succini arenæ albæ puræ, ut ossa combusta, vel etiam silices calcinati. Hæc im omnia ea potestate pollent, ut succinum ellient quasi supprimant, nec idem permittant, t per retortam in recipiens dilabatur vel fluat, uæ sanè ratio est accommodatior, & ad destilndum oleum succini securior.

c Antequam oleum succini rectificetur, bene bluetur prius in aqua communi, volvendo sæius, postea rectificetur lente in B. M. per aquam osarum vel majoranæ.

---

labit primo phlegma, seu liquor spirituosus, una cum Oleo aureo liquori huic supernatante, quæ dein per separatorium separanda sunt, & servanda. Oleum autem fœtidum, nigerrimum, in cucurbita remanens, eximatur, & in vitro suo Balsamo succini servetur.

d Vſus elegantes plures vide apud Crollium pag. 191. *& ſeqq. exinde enim autor hos deſumpſit, ut & apud Anshel. Boet. de Bodt. capit.* 162. *α*

Quod ſi album ſuccinum haberi nequit, eſt enim rarius & pretioſius flavo, hoc æque præſtat, niſi quod prius artificio quodam ad albedinem reducendum ſit, id præſtabis hoc modo. R. ſuccini flavi *e. g. libr.* 1. *pone in cucurbitam terream validam, ſuperadde* ſalis marini, *vel ſi eo cares,* ſalis gemmæ *aut* ſalis communis optimi ℔j. *ſuperfunde* aquæ fluviatilis *tantum, quantum ſatis eſt ad ſolvendum ſalem, quo ſoluto inſuper affunde recentẽ aquam fluvialem, ebulliant poſtea poſito ſuperim alembico cœco ad dies* 14. *integras continuo igne, & tandem ſuccini particulam exemptam fractamque examina, quod ſi ſatis alba ſit, deſiſtendum eſt ab opere coctionis, ſin minus, diutius inſiſtendum, donec nempe albedinem ſufficientem oſtenderit. Inter bulliendum providendum ne aqua deficiat, itaque identidem alia fervens aqua ſuperadijcienda.*

Oleum

α Doſis gr. ij. vel iv. Balſamus autem ſuccini, raro interne ſumitur, niſi in affectibus uteri ſuffocativis ad g. j. aut ij. alias externe Oleo nuciſtæ exp. additur pro odoramento ant-hyſterico; aut emplaſtris ad vulnera conglutinanda ſanguinemque ſiſtendũ ſimiliter ut & oleum ipſum flavum.

Oleum ad Hermicraniam Compositum.

R. *Rutæ* Mj, Bulliat in *olei a olivarum* ꝉj, in olla nova, per horam dimidiam. Defunde illud in retortam, eique adde, *Therebinthinæ b Venetæ* ℥xij. *Colophoniæ* ℥iv. destilla in arena. Aqua clara, quæ primum it, & nullius momenti est, separetur, postea ne pergradus aucto, oleum destillatione colligetur, seorsim asservandum.

Vires. Præsente paroxysmo, parum de eo l ignem calefiat, & gossypio in eo humeato, frons & tempora, ut & ipsa pars dolens, cum cubitum eundum est, inungatur.

a Recentis.

b Claræ scilicet. Additur autem propter petrationem.

Oleum ad uteri suffocationem Compositum.

R. Pulveris *Rutæ* parum siccatæ ℔j. *Castorei* ℥ij. *Olibani, Myrrhæ* ana ℥iv. *Olei* lini ℔jß. Digerantur quatuor diebus, in ventre equino vel ejus vicario, postea per retortam, in reverberio clauso destillentur.

Usus Hoc liquore umbilicus ungitur mane & vesperi.

Oleum

Oleum Laterinum. †

Candefac particulas *laterum* vel *silicum* instar fabarum α in crucibulo, β quas ita ignitas proijce in vetus *Oleum olivarum* γ: cooperi δ, & relinque per noctem ε, postea lapillos cum oleo per retortam ζ destilla,

---

α Imo & majoris possunt esse magnitudinis, sed præstant minoris.

β Hoc minime opus est, imo nugatorium, ipso enim in igne satis bene incandescent, non autem nimis ignitæ oleo debent injici, ne vis exhalet olei.

γ In olla satis capaci aut mortario contentum hoc debet esse Oleum.

δ Non est necesse.

ε Nec hoc necesse est, quamprimum enim particulæ illæ laterum satis olei in se attraxerunt, in mortario comminu debent magis, & hinc totum hoc retortæ injiciendum.

ζ Terream lutatam, si igne vis nudo operationem instituere, at vero vitream, & meo judicio magis accommodate, si igne Arenæ.

Nota bene, ubi materiam dictam retortæ immittis, sedulo prospiciendum esse, ne retorta extrinsece commaculetur, adeoque ruptura postea causetur.

1, secundo & tertio rectifica ɳ oleum de-
illando cum sale præparato.

† *Alias Philosophorum dictum.*

Oleum Sulphuris. †

R. *Sulphuris triti* ℔j. *Calcis vivæ* ℔ß. *Sa-
is Mercurialis* ℥iv *a* Misce, & per retortam
Oleum destilla.

Ad vulnera *b* & ulcera *c* utilissimum. *

*a Id est salis armoniaci, qui sublimatur in-
tar mercurii.*

b Scilicet antiqua.

c Maligna.

Oleum

ɳ Rectificatio optime omnium instituitur per arenam ex cucurbita, sed igne quam lenissimo.

Vires. Vehementer incidit lentos viscososque humores, sive intrinsece sumatur, ut in arthritide, aurium tinnitu, paralisis, similibusque affectibus; sive externe inungatur, ut in lienis tumore, dolore dentium, paralisi &c. Quin & fœtum mortuum expellere mensesque provocare observatur; nec non à venenis frigidis à morsu scorpionum, opio, & similibus ortis, resistere. Dos. interne gr. x. externe ad placitum.

† Hoc modo Oleum sulphuris parare velle, videtur omnino frustraneum,

Oleum Victrioli.

Dissolve *Victriolum optimum* in *aqua communi*, dissolutionem in leni balnei calore digere: postea filtra, & per vaporem balnei, in vase vitreo, aquam abstrahe, donec cuticulam contrahat. Tum vase in loco frigido posito, crystallos diaphanos producet, quibus separatis, reliquam aquam evaporabis, donec novam contrahat cuticulam, & novos in frigido produxerit crystallos, quos omnes separatos dissolves, digeres, filtrabis, rursus in frigido crystallisabis, & ut supra separabis, eundem laborem tertio repetendo, donec Victriolum ab omni terrestreitate heterogenea sit liberum. Hoc victriolum cucurbitæ altæ impone, & phlegma per balneum ad siccitatem abstrahe, reddendo toties propriæ terræ *a* donec siccum ebiberit totum humidum.

Massam exime, & in pulverem subtilem tere, eumque in retortam firmam immitte, cum octava parte sui ponderis *Spiritus vini* summe depurati, & servatis ignis gradibus per triduum, omnes spiritus evoca. Vase refrigerato, quod in recipiente fuerit, redde aliis duabus libris *colcotharis*, ut supra præparati, & iterum per triduum destilla.

Tum vini spiritum per Balneum, in cucurbita alta separa. Deinde spiritum victroli per cineres destilla, in quo si corallos vel perlas dissol-

solveris. Verum Antepilepticum *b* habis.

Oleum instar sanguinis rubrum, quod in fundo herebit, rectificare poteris, destillando per retortam in arena, vel sola *c* digestione, feces que terreas, quæ fundum petent, ab eodem oleo separare.

Ejus usus est in metallicis potius, quam medicina.

Vel.

Dissolve Victriolum electum, in aqua pluviali destillata, dissolutionem filtra, per linteum, & pone in locum calidum, ut parum vaporet, & cuticulam quasi contrahat. Hinc, in vase mundo, colloca in locum subterraneum, ut crystalli generentur. Quod fundum in crystallos abiit, decanta, & fac rursus, ut ebulliat parum, & post in frigido crystallos producat, uti prius, hocque toties repete, donec omnia crystallisentur. Hinc calcina vitriolum, igne forti, ad rubedinem, aliquamque duritiem, & pone in retortam, ignem per gradus gubernando, donec omnes spiritus proliciantur, quod intra tres dies & noctes perficitur. Post spiritum abstractum reaffunde fecibus, & rursus destilla, per retortam. Sic oleum flavum prodibit. Hoc rursus imbibe feces, & adde spiritum sui, egregie rectificatum, ac pelle per retortam. Sic oleum victrioli habebis rubicundissimum & valde pingue.

a Quod

a Quod ferè prima operatione continget.

b Fit hoc oleum Antiepilepticum præstantius hoc modo: R. *hunc* spiritum Victrioli, *funde super* corallia pulverisata, & radicem pœoniæ *quantum satis; calcinantur corallia & exalbescunt, relinque aliquamdiu, & corallia petunt fundum, aquam supernatantem decanta, quæ parum acescit, cujus recipe cochleare unum, & tantundem* aquæ radicis pœoniæ, *ac in eo solve* salis verbenæ ℥j. *da epileptico post paroxysmum, ac repete per triduum vel quatriduum mane jejuno stomacho, abstinendo ab omni potu post sumptum hoc per* 4. *horas. Eo pertinacissimæ etiam epilepsiæ solvi creduntur.*

c Quod melius est.

Operosiorem autoris præparationem, quæ suo loco quidem haud inutilis fuerit sublevat victrioli saltem, ad flavedinem usque calcinatio, cui si miscueris particularum silicis partes duas, & cum spiritu vini imbiberis, ut fiat instar pultis, per retortam tandem destillatum, rubicundum oleum prodit, à quo si auferatur per balneum phlegma, idem est, cum eo quod autor hic proponit. Fit & oleum rubicundum victrioli hoc modo. Recipe colcothar rubeum q. v. fac istud ebullire in vino albo generoso ad colcothar duplo, usque ad siccitatem, postea tere, & ex retorta igne aperto destilla primo phlegma, postea applica receptaculum capacissimum, ac juncturis bene munitis destilla more consueto oleum instar sanguinis rubicundissimum.

Oleum

Oleum Antimonii. a

R. *Antimonii crudi. Sacchari candi* ana ℥iv *luminis calcinati* ℥j simul tere & misce. De-
lla per retortam, *a* igne valde moderato.
c accipies oleum rubicundum *b* ab ulcera
tissimum.

a Satis capacem.

b Prodit potius gummi nigrum seu spissum
o olei.

Oleum ex Croco Metallorum.

Recipe *Croci metallorum*, *Sacchari* albiss.
1. q. v. Misce & irrora saltem optimo vini
piritu. Stent ita aliquamdiu, postmodum-
ue lenissimo igne, (alioquin vas, propter
nitrum

Placet magis hic Oleum Antimonii de-
stillandi modus. R. *Antim. Sal. gemm.*
calc. añ ℔iß. pulverisata in porphyrite
ponantur in retortam vitream lutatam,
cum recipiente salis amplo frigidæ im-
misso, commissuris siccatis, destilla igne
gradatim aucto. Et prodibit Ol. elegans.
Cujus usus externe summus est ad can-
crum & ulcera putrida.

nitrum & saccharum, dissilit) destilla. Primum exit aquositas, postea, aucto igne, oleum, quod asserva, tanquam thesaurum.

Est panacea, non purgat, nisi circa vesperam, vel sequenti die, sedemque movet forte unam vel alteram.

Dosis 4.5.6.7.8. guttarum, in liquore aut conserva conveniente.

Oleum Antimonii Purgans, Febrifugum & antipleuriticum.

R. Reguli Antimonii, per parabolam, in sole, sive per speculum comburens calcinati, q. v. Pone in matracium, & superfunde spiritus victrioli rectificati tantum, ut ad digitum unum supernatet. Deinde vase clauso, digere per biduum, & post spiritum tinctum effunde, aliumque superfunde, hinc digere, separa, & repete, sicut superius, donec omnis tinctura extracta sit. Tunc destilla per B. spiritum tinctum, & in fundo remanebit oleum liquidum, super quod vini spiritum funde; & per B. rursus evoca.

Dosis à 3. ad 4. guttas.

Aurum Potabile Oleiforme.

Primo redigatur, mediante Mercurio, drachma una Auri puri, & per antimonium fusi, pulverem subtilissimum, quem serva.

Deinde triduana destillatione, elice oleum

um Vitrioli rubrum, vulgari modo, quod ac ratione dulcificandum.

Postquam ab oleo vitrioli, per retortam tream loricatam, spiritus separasti; ab hoc ioque aliquoties spiritum vini tartarisam abstrahas. Sic evadet, instar mellis, ılce.

Spiritus autem vini Tartarisatus ita paranıs.

Recip. Tartarum ad albedinem calcinanı, huic spiritum vini optimum superafnde; atque in B.M. salis tartari q. v. imbire sine. Quo facto, feces residuas abjice, que spiritum vini probè per chartam bibum trajice, quo sæpius, eo melius. Deinde erum in B.M. pone, atque spiritum vini, ad midium, sexies vel septies abstrahe, semr reaffundendo vinum separatum. Tandem arenam pone, atque ignem primo lenım, deinde fortiorem, subministra. Sic spitus, sale tartari imprægnatus, per alembiım feretur.

Quando hunc spiritum tartarisatum ab oo Victrioli, quod aliquoties à suo capite ortuo destillatum, & sale proprio imprænatum sit, aliquoties abstraxisti, tandem oum victrioli, quod alias difficulter altum tit, per rostrum latum alembici, (cucurbinon sit alta) in vas recipiens destillabit.

In hujus olei unica una semis, facili neotio, per noctem, in calore, calx solaris

supe-

ſuperius præparata, ad ℥j. diſſolvitur, ſemper aurum ei immiſtum maneat.

Vſus. Vires exſerit inſignes in mela lia hypochondriaca cordis, palpatione, f bribus, morbo comitiali, pleuritide, h drope, ſincope &c. ad guttas 6. vel in conv niente liquore exhibitum.

Oleum Salis Communis.

Funde ſal commune, & ubi refrixeri diſſolve in humido per ſe, toties filtra; done nullas relinquat feces, deinde pone in ver trem equinum per duos menſes, poſt fortiſſi mo igne deſtilla, & phlegma per balneum liquore unctnoſo ſalſuginoſo ſepara. Qui quid corruptioni maximè obnoxium eſt, hc liquore ſi imbuitur, multa ſecula manet i corruptum. Creditur illud formoſiſſimæ fo minæ cadaver hoc liquore fuiſſe conditum quod referente Raphaele Volaterano, tempo re Papæ Alexandri VI. ante annos centu & ſedecim aut circiter, in antiquo ſepulchro prope Albanam, adeo integrum nullaque ac eo corruptione contaminatū repertum fui ac ſi eadem hora expiraſſet, cum tamen e ſcriptura marmori inſculpta, ultra mille tr centos annos, jacuiſſe ibid. efoſſum cōitare

CAPUT VII.

De Tincturis Liquidis.

T*Incturæ* vocabulo Chymici non intell gunt, ut vulgus opinatur, colores ſimpl

s à misto separatos, vel exaltatos, sed co-
nes essentiæ rerum & qualitatibus forma-
bus, è concreto corpore extractis inhæren-
s. Unde Tincturæ interdum olea dicun-
r, interdum spiritus, interdum quinta es-
ntia.

*Arcanum & Tinctura reipsa non differunt, si-
idem* arcanum *Paracelso proprie id vocatur
medium, quod aliis multis præcellit. Arcani
aque nomen qualibet Medicina magnetica, &
rtuosa, cujuscunque etiam speciei, meretur.* Tin-
ura *vero nihil quam arcanum specificum, cum
entia qualitatibusque formalibus etiam colo-
m rei habens, ut in sui similem naturam tin-
ere possit, adstipulante id ipsum Libavio* lib. 2.
lchym. tract. 2. *Hæc in medicina plurimum
d valetudinis restaurationem & sanitatem
rmandam adhibetur, ita ut ob validam virtu-
em etiam renovandi potestatem habere dicatur,
um omnia membra, spiritus, sanguinem, &
alorem usu reddat vegetum & valentem.*

*Omnis autem tinctura cœlo sereno & quidem
c est paranda, ne crasis substantialis cum colo-
e vivo pereat, in hoc enim totum consistit arti-
cium, & non nisi veris Chymiatris proprium,
uibus exacte est nosse num coloris menstruis
dditis, num vero ipsi rei tingendæ, sit adscri-
endus, menstrua enim non pauca in digestione
er se sponte rubescere observavit Crollius* in
Basil. Chymica pag. 164 & 165.

Hujus variæ sunt differentiæ, aliæ enim paf-
ivæ *dicuntur, quæ extrahuntur, ut tinctura
rosa-*

rosarum &c. aliæ vero activæ, *quæ scilicet pa* *sivas extrahunt, imo ipsas tincturas commun* *cant. Ut magisterium sapientum, crocus, &c.*

Item tinctura alia est naturalis *alia* arti cialis, *quædam* animalis. *Item aliæ* simplice *aliæ* compositæ. *Quæ interdum olea dicuntu* *interdum spiritus, interdum quinta essenti* *prout magis cum his participant, vel cum alii*

Tinctura Rosarum Siccarum.

Impone *Rosarum rubrarum exsiccatarum* ℥j. in *aquæ tepidæ*, ℔iv. quibus adde ʒij. a circiter *spiritus Victrioli* vel *Sulphuris*. Intr tres vel quatuor horas, aqua fiet coloratiss ma, quæ filtrari debet, in qua si dissolver *Sacchari* ℥xij. verum hepatis *a* refriger tivum habebis.

a In febribus, aliisque caloribus præterna turalibus, quos imprimis expedit, usus ejus e magnus, prætereaque ipsi hepati confortativu est, propter spiritum Victrioli, ventriculique o id bonam digestionem promovet.

Tinctura Violarum.

Flores b contusi macerentur in propri *aqua* vel *sacchari oleo* superius descripto, po exprimantur, expressum coletur, donec tin ctura voto respondeat.

b Potest & hic addi vi Ctriolum, ut in ti ctura rosarum monitum fuit.

Vi

Vel.

Pone flores ad alembici rostrum, ut pro-ia aqua destillata, præter labendo tinctu-m secum abstrahat.

Operatio melior est talis : Fistula ventricosa er rostrum alembici, & vas recipiens posita, it flores integros recentes. Ex floribus autem tusis in cucurbitam positis destillando per eos res transiens aqua secum colorem flavum ra-. Quæ tamen Tinctura non diutura. Muller. miracul. Chymic. pag. 83.

CAPUT VIII.

De Balsamis.

Alsama Chymica nihil aliud sunt, quam olea composita, & illarum rerum additione spissiora reddita. Constant fere uore triplici, spirituoso seu aqueo oleagi-

H nolo

Ut adeo constet, ea quæ ex his tribus non componuntur, veri Balsami nomine indigna esse, ut est Balf. v.gr. Sulphuris, Saturni & similia, utroque impropriè magis ita appellari, quod cum veris aliquam onvenientiam habeant.

noso & crasso instar mellis, quibus interdum pro rei natura, Moschus, Ambra, Zibettha &c. addi solent.

Balsamum Cinamomi. α

Componitur hoc ex *tinctura* ℥ per Spiritum vini extracta & inspissata, *oleo* & *sale* ejusdem, nec non ℥ *cera alba*, γ in *aqua rosacea* probe soluta, lota, & ab omni acredine vindicata, quæ mediam dat consistentiam. Vel quod melius est *Oleo nucis mosch. expresso* à quo prius tinctura per spiritum vini ablata est.

α A Balsamonum horum compositionem, an certum pondus Ceræ semper observari debeat, vel etiam possit, controvertitur. Nos negamus, quædam enim sicciora sunt, habentque tincturam plane aridam, quale est cinamomum, quædam habent tincturas oleosissimas, ut nux moschata, fœniculum, anisum, macis, quædam mediocrem obtinent naturam, ut Zinziber; prout itaque tincturæ sint aridæ vel sicciores, pro eo etiam pondus olei informatur. In genere vero tantum cera admiscetur, ut oleum exinde quasi coagulari posteaque facilius cum tinctura permisceri possit.

Tinctu-

Vel fit ex *sebo cervi*, aut *vervecis*, diligenter mundato & loto, ita ut quodlibet per se, el unum ex istis, cum *cera* possit misceri, & postea cum *extracto*, *oleo* & *sale* ad justam onsistentiam reduci.

Ita parantur balsama ex Garyophillis, juipero, Salvia, Roremarino, Aniso & similibus, qui tam pro externo illitu, quam interno usu sunt efficacissima.

Balsamum Sulphuris. †

R. *Florum Sulphuris* ℥ij *Olei a Terebinthinæ* ℥iv. Misce, & vitrum in arena colloca, t spatio octo horarum lente bulliat, & fiat nstar sanguinis. Tum superfunde *aquam*

H 2 com-

---

inctura hic sumatur ad ℈ß. Oleum ad ʒj Sal ad gr. vj. Ceræ q. s.

Sunt qui ceram, sevum aut similia pro corpore Balsamorum recipiunt, ut & hic author noster, sed quam prave quivis videt, breviter enim rancescunt talia Balsama & tractu temporis exiguo instar emplastri tenacissima fiunt. Contra ac fit modo *Zwelfero* usuali, ubi licet tandem fiunt dura, tamen facilè mollescunt affusis paucis guttis Olei proprii destillati.

communem, & per alembicum destilla oleum superfluum cum aqua. Manebit in fundo balsamus sulphuris *a*, à quo tincturam per spiritum vini extrahere potes, & coagulare.

Usus. Balsamum hoc ad ulcera maligna sananda utilissimum est. Siccat enim eximiè sine morsu, & roborat: Pelliculas etiam internas, callositates, & crustas tartareas, in vesica atterit, penisque doloribus, excoriationi, & urinæ suppressæ medetur. Tinctura vero ejus cum aqua hyssopi, vel syrupo liquiritiæ,

---

a Quæ hic adfert Beguinus de aquæ affusione, destillatione, tincturaque, melius omitti possunt, sic enim inutilis redditur Balsamus & fœtidissimus. Sufficit hoc modo eum parare. R. *Spir. Therebinth.* ℥ ii ei in vitro satis capaci contento adde *florum sulphuris subtilissime pulverisatorum* quantum sufficit, prout crassiorem aut tenuiorem Balsamum desideras; Collocetur hoc vitrum, ollæ arenâ in fundo repletæ impositum, ad ignem lenem, sten sic paulisper donec flores soluti, ubi soluti, alios adde, idque continua donec consistentiam habeat debitam. Tum fortiori igne coque, donec omnia soluta, quo facto omnia refrigefiant, & solutum effunde à remanentia, quæ dein & affusione novi Spiritus Therebinth. iterum solvi potest modo dicto.

itiæ, aut aliis specificis, assumpta, tussim inveteram eliminat.

† *Quercetano vocatur Rubinus sulphuris.*
a Spiritus Terebinthinæ.

Præstantissimus fuit Rulando Patri, ex hisce floribus cum oleo nucum balsamus sulphuris confectus, qui in variis & infinitis morbis ab ipso fuit adhibitus, prout videre est Curat.92.cent.
‡. Emplastro simul Diasulphuris, ita vocato, ejusdem superimposito, cujus descriptio ibi videri est.

Balsamum Saturni.

Destilla duas partes *Aceti* impraegnati *sale Saturni*, ut tertia tantum pars supersit. Deinde *Olei rosati* ℥ iv *Aceti impraegnati* ℥ viij. De hoc guttatim super oleum infunde, & simul continue misce in mortario æneo *a*; fiat instar unguenti.

Usus. Confert inflammationibus, & podagræ calidæ *b*. Si idem acetum sale Saturni impraegnatum mixtum fuerit, cum æquali parte aquæ communis, & applicatum calide, cum linteolis replicatis, super contusiones *c* in quacumque corporis parte statim sedat omnem dolorem *d*.

a Plumbeo.

b Item cancro, & omnibus phagedenicis ulceribus.

c Earumque lituras.

d Et maculas extrahit.

Sal Saturni ut paretur, vide in sequent.

Caput IX.

De Extractis.

PArantur *Extracta* specialiter sic dicta e genere animalium & vegetabilium bene ficio dissolventium sive menstruorum accommodatorum, qualia sunt Spiritus vin juniperi, Serum lactis, Hydromel vinosum Aqua pomorum redolentium, Fumiterræ similium, vel aquæ ex iisdem, ex quibus e tracta concinnare animus est, destillatæ. E Animalibus carnes, aut Mumia, hepar, splen pulmones, testiculi & similes partes eligun tur, unde vulgo inclaruerunt Extracta e Carnio humano ad epilepsiam, ex Splene a Hepate bovis ad menses provocandos, e Hepate vituli, ad hydropem & fluxum h paticum, ex Pulmone vulpis ad asthma & s miles morbos. Ex Vegetabilibus varia fiun utpote ex herbis, floribus, radicibus, succi baccis, corticibus, lignis, aromatibus, sem nibus, fructibus, ut videre est, apud Querce tanum, cap. ult. Pharmacop. Dogmatico rum restitutæ.

Cæterum ad Extracta purgantia præp randa, multi hactenus Vini Spiritu pro di solvente usi sunt, qui tamen, quod vim eo rum catharcticam valde infringat *b*, pro miscuè in omnibus non videtur usurpandu

Adh

dhiberi poterit interdum in Hellebori, Co-
ycynthidos, Scammonii extracto, in aliis
atem substituentur aquæ destillatæ, utpote
habarbaro, accommodata erit aqua Endi-
iæ: Foliis Senæ Orientalibus aqua poma-
im redolentium, fumariæ, fœniculi: Aga-
co aqua cinamomi, & sic porro aliis aliæ.
Quod si talis aqua vitæ, proprio scilicet sale
moniaco privata, uti Dariotus, & post
im, Joannes du Val. Medicus Issoldunen-
s, Penotus quoque in tractatu de vera me-
icamentorum Chymicorum paratione, in
nagisterio Tartari, docent, daretur, præ-
antior, ad omnis generis extracta paranda,
esiderari non posset. Verum quamvis Dn.
Iayaud. Vir re Chymica longe exercitatis-
imus & amicus meus singularis, ad illorum
octorum placita, menstruum tale parare,
necum tentaverit, tamen nunquam non in
peratione hac oleum & operam perdidi-
nus. Unde conjicere quis posset, quod, cum
onus ille Penotus in supra citato magiste-
io Tartari, alios ad Dei timorem, & pro tam
aro secreto gratiarum actionem moneat &
nvitet, ipsemet Deum non satis timuerit, nec
lli gratis egerit, quando tale magisterium
osteritati consecravit.

Quod autem is, in loco superius allegato,
aquam vitæ, proprio sale armoniaco priva-
am, (quod quidam negant, & mala me hic
ide cum eo agere cavillantur) innuit, ex i-
psissimis ejus verbis, facilè demonstrabo. In-

uit enim, hujus ſalis (nimirum tartari ſumme depurati) accipe libram unam, aquæ vitæ rectificatæ lib. quatuor. Miſce, & in B.M. deſtilla, duæ partes deſtillabunt ſine guſtu. Unde ita argumentor. Quod ſi duæ partes illius aquæ vitæ deſtillabunt ſine guſtu, id eſt, ſine ſapore, & omnis ſapor à ſale, ſequitur neceſſario, quod Penotus modum parandi aquam vitæ, proprio ſale armoniaco privatam, doceat.

Porro conſtat, extracta purgantia, tam ſimplicia quàm compoſita, vulgari modo parata, vix alicujus utilitatis aut fructus eſſe, propterea quod vis ſimplicium purgatrix, quæ in ſale ipſorum armoniaco conſiſtit, ob longam digeſtionem, quæ fit, dum menſtruum ipſorum abſtrahitur, aut exhalat, aut pereat, imprimis, cum extractum per ſpiritum vini paratur. Is enim, quando deſtillatione ſeparatur, ſecum una ſalem purgantis armoniacum aufert. Namque ſal ſali facile jungitur, præſertim ſi ſint ejuſdem naturæ, ac proinde ſal armoniacus ſpiritus vini facile ad ſe ſalem mercurialem purgantis allicit, & in ſua aqua diſſolvit, id quod inde etiam facile colligitur, contra opinionem cujuſdam viri doctiſſimi, qui ſtatuit, ſpiritum vini eſſe ſulphureum, eumque non niſi virtutibus, in ſulphure mixti vegetabilis reſidentibus, eliciendis accommodatum, cum tamen is mea quidem ſententia, non ſolum ſulphureus ſit, ſed & mercurialis, ac prius in mercurium agat,

it, quam in sulphur. Si enim infundas rharbari unciam unam, horas viginti quatuor, aquæ ardentis communis, vel spiritus vini, m multum rectificati, libris duabus, & stea per B.M. ferè bulliens, libram unam t circiter destilles, duo ejus cochlearia æe purgabunt, atque infusio communis abarbari, quodque in cucurbitæ fundo reanebit, omni virtute purgante destituetur. uapropter menstruo opus est valde subtili, quod, tincturis simplicium impraegnatum, l minimo calore evocari possit. Id autem le est.

Recip. Vere, aut æstate, aquæ pluviæ, nc, cum absque magnis procellis & temtibus depluit, collectæ, mensuras centum, stilla per refrigeratorium, mensuras non li sexaginta proliciendo, & reliquas, tanam inutiles, effundendo. Quod prolenum est, eodem vase rectifica, & non nisi adraginta mensuras evoca, & tertia vice on nisi triginta, quas pone in alias cucurbis vitreas, & destilla in ventre equino, aut es vicario, prima vice, non nisi viginti menras, & secunda, decem, & ultima, quinque roliciendo, quæ magis inservient extractis urgantibus quibuscunque concinnandis, uam aqua vitæ, aut alia, quamcunque tibi aginari possis,

b Vtrum ad extracta purgantia conficienda iritus vini pro idoneo menstruo adhiberi possit, st alios multos disputat hic autor noster. Exi-

stimat autem, quod in nonnullis vis purgans, digestione per spiritum vini infringatur, ast committere videtur elenchum, non enim infringit, sed eam ad se non trahit, facultas enim purgantium hospitatur in sale Mercuriali, ea itaque desiderat simile menstruum, cujus symbolum est idem cum eo quod extrahendum est, spiritus autem vini est sulphureus, naturamque sulphuris retinet, itaque ille attrahit ex rebus id quod suæ naturæ est, nimirum sulphur, sales intactos relinquit, is itaque potius ad eorum extractionem facit, quorum essentia consistit in Sulphure qualia sunt diaphoretica, de purgantibus non item. Nec hanc nostram labefactare potest sententiam eorum opinio, quæ contrarium persuadere conatur, quod scilicet nulla vis purgandi in iis relinquatur, quibus spiritus vini affunditur dicunt enim extrahi quidem vim catharcticam à spiritu vini, sed ab eo non facile separari poss sed dum abstrahitur eam secum auferre. Verum diversum dictat experientia, nam primo quo modo spiritus vini ad se trahere potest, id quod non est suæ naturæ, uti modo dictum. Dein si vim purgandi plane extrahat, qui fit quod ejusmod extractum hoc menstruo inquinatum postea pro be exsiccatum, accommodatumque aliud affusum, vim catharcticam in ipso adhuc delitescentem, optime in apricum proferat. Et tander quod additur, vim catharcticam spiritu vin non facile separari posse, huic itidem experienti manifesto reclamat, quis enim negabit, quo spiritus vini menstrui loco in extracto colocynthi d.

*is adhibitus, non facile à tinctura purgante se-
arari possit? Quocirca nec vis purgandi in vini
iritu figitur magmata enim purgantium à spi-
tu vini extractionis ministerio absoluto relicta
liis menstruis postea excitata, vim purgandi à
iritu vini non attractam, demum mittunt quæ
illa esset.*

*Ad extracta itaque purgantium, excepta co-
cynthide & scammonea, inserviunt alia men-
rua, qualia sunt: hydromel vinosum, vinum
anariæ, serum lactis, aquæ pomorum redolen-
um, betonicæ, fæniculi, endiviæ, anisi, rosa-
um, ulmariæ, carduibenedicti, fumiterræ & fi-
il um, ubi in primis, semper guttæ aliquot o-
i Tartari per deliquium concinnati, admixtæ
erint; Sic enim illæ sal mercuriale citius ag-
rediuntur, ac ad sese rapiunt. Ex his omnibus
bunde liquet, quænam causa, quod in extractis
pe vis purgatrix debilitetur, ut non raro pur-
antia quædam in substantia in praxi addere
leamus. Quamobrem probe animadverten-
um, quænam, huic vel illi purganti, menstrua
nt adhibenda.*

Extractum Senæ.

Folia Senæ a macera per viginti quatuor
oras, in sufficienti *aquæ stillatitiæ b pomo-*
H 6 *rum*

Vires Extracti sennæ. Purgat. pituitosos,
rassos & melancholicos humores, Dosis a.
℈j ad ij.

rum redolentium quantitate, quod tinctum est, effunde & filtra, foliis prius fortiter expressis. Interim ex fecibus, secundum artem c, Sal elice; & tincturæ commisce, quam deinde lento balnei calore, ad duas partes destilla, vel fac in scutella vitrea, vapore calentis balnei reliquum humorem, ad extracti consistentiam exhalare.

Nota. Tincturæ extractionem ex iisdem foliis Senæ non esse secundo repetendam, ne gravia concitet tormina *d*.

a Sine stipitibus.

b Vel alterius qualiscumque aquæ destillatæ non grave olentis, omnium absolutissime egeris, si menstruo aliquot guttulas olei Tartari per deliquium præparati adieceris, ut supra etiam innuimus.

c In extractis purgantibus admissionem salium propriorum improbamus, cum salia potius adstringant, quam purgent.

d Quia per crebriorem extractionem etiam impuritates extrahuntur, quæ tormina pariunt.

Extractum Rhabarbari.

Rhabarbarum recens minutim concisum digere in *aqua Endiviæ a*, vel alia odorifera, donec coloretur. Quod tinctum est, deple *a*, novam-

a Cum expressione fori, circulatione opus minime.

ovamque aquam toties reaffunde, donec n non tingatur amplius. Depletione, filtra, ircula, & menstruum ad extracti consistenam per balneum ✱ evoca, sale prius ex fe-ibus addito *b*, ut in superiori præparatioe dictum.

a Bugloſſ. borrag. portulac. cichor. alterius nvenientis, cum guttulis aliquot olei tartari, er deliquium.

b Neque hic admiſſione ſalis opus.

Extractum Cornu cervini.

Recip. *Spiritus vini, ſpir. vitrioli*, ana pares æquales.

Miſce, & affunde *raſuræ cornu cervini*, ut nctura extrahatur. Craſſamentum nigrum bjice, tincturam extractam filtra, rurſuſque enſtrui exhalatione coagula.

Vſus. Diaphoreticum eſt inſigne, in febrius malignis, omnibuſque aliis morbis, in uibus cornu cervino locus.

Extra-

Aut ſimplicem evaporationem ex ſcutella.

ires. Vi ſua aperitiva viſcoſos, bilioſoſque humores è corpore educit, ubicumque etiam ſtabulantur; adſtrictoria vero fluxus quoſcumque ſiſtit. Doſis ad gr. xxv.

Extractum five *Balsamum Aloeticum*.

Recip. *Aloes succotrinæ* q. p. Pulverisatam solve, in *aqua borraginis* & *rosarum*. Coletur per pannum duplum mundum. Stet in in digestione dies tres. Purum effundatur. Effusum rursus digeratur, dum feces plures subsidant. Purum clarumque rursus effunde, & colloca in B. M. Aquositatem abstrastrahe, usque ad spissitudinem. Impone fornaci calidæ, vel soli expone, & humidum universum absumetur, aloeque efflorescet, & quasi in grana exsurget. Hi sunt veri flores aloes.

Recip. Horum *florum aloes* lib. unam, *Succi rosarum Damascen.* lib. semis. Colliquescant igne lento, in unam massam, coagulenturque. Adde secundo & tertio, succum rosarum, uniformi modo. Hæc erit aloe rosata.

Recip. Hujus *aloes rosatæ* lib. unam, *Radic. asari, spicæ Indicæ, Croci Orient. Cinamomi el. Macis*, ana unc. unam, *Myrrhæ rubræ* unc. semis, *spir. victrioli* drach. unam semis.

Omnia contrita & pulverisata, cum aloe misceatur, & balsamum erit paratum. Possent etiam ipsa aromata extrahi. Sed simpliciter ita juvat, & præter alias infinitas utilitates, quas præstat, excellens est, ad præcavendam melancholiam, remedium, Quidam appellant, *den Sauff Balsam*.

Extra-

Extractum Aloe Specificum. a

Recip. *Aloes sucacotrinæ* opt. à sordibus purgatæ q. s. *Aquæ endiviæ* eliciatur tinctura, instar rubini. Fecibus subsidentibus, fiat separatio. Separatum, B.M. committatur. Menstruum destillatum separetur, mellea in fundo diffluente substantia. Recip. Hujus *extracti* uncias quatuor, *succi essent Violarum, flor. Persicorum, Rosar. pallidarum, Cichorii, Buglossæ, Horraginis, Calendulæ, Primulæ veris,* ana unc. tres.

Omnia

a Omnium commodissima nobis extractum parandi Aloes via hæc conseturesse, si sumamus *Aloes succotrinæ* q. v. eique pulverisatæ affundamus non *aquam endiv.* aut similem, ut quidem vulgo volunt, sed *Spiritum vini* rectific. q. s. maceratione in loco calente facta cum quotidiana agitatione, liquor tinctus decantetur, aliusque spiritus fœcibus relictis affundatur, toties id repetendo, usque dum nil amplius coloris in eo videatur; & tandem omnis liquor sensim evaporatione ad spissitudinem justam redigatur. Vsus hujus egregius est ad ventrem laxandam, ventriculumque roborandum, nec non putredinem internam arcendam; Dosis gr. xxv.

Omnia legitimo tempore colligantur & digerantur, filtrentur, labor reiteretur itidem, aquea humiditate, balnei roris vapore, lentissimo ignis gradu, difflante, dum in serapij ideam facessant, addendo insuper *extracti rhabarbari, fol. senæ*, unc. duas semis, *essentiæ croci* drach. semis, *myrrhæ* drach. unam, fol. *caryophyll. cinamomi*, ana drachmam semis; *Magisterii tartari* unc. duas semis. F. Massa.

Aliud Balsamum de Aloe.

Recip. *polypodii querni* drah. sex: *passular.* unc. unam: *fol. scolopendrii* numero sex. Conterantur crassiusculè M. & superfunde *aq. endiviæ borragin.* ana quart. semis.

Coque in sartagine ad dimidias. Facta expressione, adde *mastichis*, *thuris masculi*, ana drach. semis: *aloes epatic.* uncias tres: syr. *violarum cochlearia* duo.

Iteretur coctio, donec aloe epatica dissolvatur: & omnia balsami consistentiam acquirant.

Usus. Quanquam hoc balsamum apud alios autores etiam reperiatur, tamen cum usus & vires ejus non omnibus notæ sint, placuit, id huc transferre. Convenit autem cuique ætati & sexui, lenit alvum, obstructum lienem aperit, ventriculum confortat, humo-

umores melancholicos expellit. Quibus aralysis metuenda est, apprime convenit. li, ut & apoplectici, quavis septimanâ, bis umant, hora una, ante epulas vespertinas, um succo rosarum, quantitate avellanæ, adibita rotula cum oleo fœniculi. Ad capitis uxiones usurpatur per duos aut tres dies, um succo aut syrupo glycyrrhizæ, vel rhaontici. Ad tusses & apostemata, cum syr. œniculi aut violarum, præsertim æstate.

Tabidis datur cum syr. glycyrrhizæ; prædominante vero ariditate & colore, cum syr. iolarum hora una ante cœnam. Ictericis xhibetur cum syr. rhabarbari, manè & vesperi hora una ante epulas, per tres dies. Ad nenses ciendos, cum syr. violarum, aut alio onvenienti. In Torminibus, cum syr. menhæ, bis de die. In dolore ventriculi cum yr. rhapontici. Hydropicis, cum syr. absinhii aut sambuci, interdum bis. In melanholia & splenis obstructione, itemque epais, cum scirrho, datur cum syr. rosato soutivo & rhabarbaro. Si febris adsit, cum ucco violarum, vel rosarum. In Quartana, um syr. absinthij. In Dysenteria, cum syr. iolarum, si sitis infestat. Tempore pestis, lternis, vel tertio quoque die, quantitate uius vel duorum pisorum. In morbis subtiis utimur cum syr. glycyrrh. aut violarum, rout morbus vel calidus est, vel frigidus.

Dosis est quantitas avellanæ, in pane mytico, in cochleari, vino pleno. Potest etiam haustus

haustus vini post deglutitionem sumi. Serenissimus quidam Imperii Princeps hostiam vino intingit, & balsamum quantitate avellaneæ, involvit. Hæc, concepta cochleari, perfundit syr. rhabarbari, & deglutit. Sumit mane & vesperi, ante epulas.

Non opus est accurata diæta.

Nominatur *der Ruhlende Balsam.*

Extractum Hellebori Nigri Compositum. [a]

Recip. *Herbar. & radicum hellebori nigri* veri, in montibus collecti, & vino rubro, mundati, manipulos quatuor. Conquassentur, & in Vino rubro muscatellino, vase bene obturato, menses duos, in loco tepido macerentur. Post coquantur in aqua bulliente, per viginti quatuor horas, succus exprimatur: & filtretur. Dein recip. rursus *radicum* &

[a] Cum minime arrideat hæc Extractum hoc conficiendi methodus eo quod & virtus Hellebori decoctione in aqua facta, plurimum pereat, imo ego existimem radicibus ipsis contusis, vel in pulverem, redactis, aut saltem in vino infusis, Medicos plus præstare posse, quam iisdem multoties decoctis aut modo hocce extractis. Et Salem

k herbarum hellebori ejusdem manip. unum, *Rosarum rubrar.* manip. quatuor, *garyophyllorum* drachmas sex. Ponantur omnia, una cum succo, superius filtrato, in digestionem, per aliquot dies, addendo vini ardentis octavam partem, respectu vini præcedentis. Dein fiat expressio, expressumque ad extracti consistentiam destilletur, cui adde *salem ex cineribus* residuis l. a. elicitum, *extracti croci Oriental.* drach. unam, *ambræ grisea* drach. semis, *moschi scrupul.* semis, *essentiæ aloes*, secundum Quercet. græparatæ, unc. semis, *dia-*

Salem ejus addere inanis sit laboris, cum ex centum libris radicum Hellebori vix unam atque alteram unicam salis fixi per incinerationem ut author præscribit, elicere liceat, substituimus cum aliis sequent.

R. *Rad. Hellebori nigri mund.* q. v. macerentur in *aqua pluviali* loco calente in vase bene clauso; facta infusione post aliquot horas, filtra, aliamque institue macerationem, affusa iterum aqua nova; idque sic ter itera; tandem evaporatione leni fiat Extractum. Huic affunde *Spir. vini rectif.* q. s. factaque digestione liquor decantetur, filtretur & ad extracti formam evaporatione redigatur.

Vires. Humores crassos quoscumque egregiè educit, unde morbis chronicis summe prodest, vermes necat. Dos. ad ℈j.

diagridii recte præparati drach. unam femi
ol. garoyphyllor. fcrupulum femis, Mifce f
cundum artem. Dofis pilula una majufcul
magni pretii & æftimii. Plerumque dat
vefperi à cœna.

Panchymagogum. †

a R. *Pulpæ Colocynthidos*, *Hellebori nigr* *Diagridii* ana ℥ijß *Turbith*, *Hermodactyl* *rum*, *Agarici*, *Aloes* ana ℥j *Foliorum fenæ* C *rientalium*, *Rhei electi* ana ℥ix *Specieru* *Diarrhodon Abbatis* ℥j.

Fi

---

a Hoc extractum præparandi modus ex f perioribus noftris animadverfionibus f tis licet fpatiefcat; nihilominus tame melioris informationis ergo dilucidic rem ejus præparationem addam.

Primo neceffarium non eft ut fpecies Di rhodon correctionis loco huic extract addantur, etenim vix quidquam corriger valent; fi tamen eas addere placeat, fu derem ut fpecierum dictarum Diarho don ingredientia recentia nec in pulvere redacta, fed faltem craffiufcule contufa v congunffata huic extractioni adderentu omiffi tamen quæ vel à Spiritu vini no diffolvi vel extrahi poffunt, ut peræ, fac candum

Fiat extractum secundum artem, *cum aqua Cinamomi*, addendo *sal ex fecibus*. Dosis scrupulo uno ad drachmam semis.

† *De hoc vide Crollium pag.* 138. *Quod etiam describit Isaacus Hollandus in opere vegetabili. Panchymagogum autem dicitur propterea, quod trahat omnes humores.*

Aliud

---

candum, Tragacanta. Gummi arab. &c. quæ dicta Spiritus vini rectif. non attingit; vel quorum essentiam licet extrahatur, nihilominus in abstractione ac evaporatione extracti avolat; ut sunt Cinam. Caryoph. moschus, gallia mosch. sem. anis. fenic. Camph. &c. Secundo operæ pretium est, ut resinæ, quas scammon. agaricus, aloes, Turbith, præbent, seorsim paratæ commisceantur, extracto perfectè inspissato, sive pulverisatæ sive Spiritu vini rectificatissimo resolutæ. Paratur autem seorsim per Spiritum vini. Non nego tamen omnia & singula simul & conjunctim extrahi posse, sed longè majori quantitate Spiritus vini, & minori efficacia futuri extracti. Sed Salis hic nulla est necessitas additionis.

Aliud.

Recip. *Fol. senæ* unc. quatuor, *agarici, rh barb.* ana unc. duas, *tubith, hermodactylor.* na unc. semis F. extractio, cum aqua ulm riæ, buglossæ, & carduibenedicti.

Recip. Hujus *extracti* unc. duas, *aloes* lectæ unc. unam, *extract. scammonii*, per quam communem parati, *colocynthid.* p spir. vini parati, ana unc. unam semis, *sal gemmæ* drach. tres, *ol. anisi, cinami.* ana drac unam. Misce & reduc. in massam.

Dosis gr. Viginti quinque.

Aliud.

Recip. *scammonii* purgati unc. unam s mis, *essentiar. colocynthidis, veratri nigr spec. diarrhodon abbat.* ana unciam unam.

F. massa; miscendo omnia, in vase vitre quæ demum malaxetur, cum scrupulo sem olei cinamomi.

Dosis à gr. octo ad sedecim. Datur per s vel cum balsamo aloetico, aut aquila Mercu riali.

Scammoni purgatio talis est, Scammo nium pulverisatum spiritu vini phlegmatic (nam alias spi. vini non dissolvit glute scammonii) perfunditur, & in matracio, u nica facta ebullitione, per noctem in loc cali

alido relinquitur. Manè ſeparato, per inclinationem, vini ſpiritu, alius affunditur, & , ut prius, proceditur. Sic ſcammonium recte à fecibus eſt purgatum, quod rurſus in B. M. ad mellaginis conſiſtentiam coagulatur.

Vnica ebullitione) Sume ahenum, illi impone philolam, cui incluſa ſit materia, ignemque lenem ſuppone. Sic ſpiritus vini citius ebullit, quam aqua in aheno caleſit. Ergo ſtatim tum auferatur, & in balneum tepidum per noctem collocetur.

Proceditur ut prius) Non quod poni rurſus debeat in ahenum, ſed in balneum tepidum tantummodo collocetur. Per ebullitionem enim totum corpus fit ſpongioſum, unde tinctura facile per digeſtionem extrahitur. Atque ita extracta parari poſſunt, intra viginti quatuor horas, aut duodecim ſaltem, ſi ſint aromatica.

Vt mitior ſit Scammonii operatio. Recip. Scammonium pulveriſatum, quod imbibe aliquot guttulis olei ſulphuris per campanam in aqua roſarum. Ubi ſolutum eſt, redige illud rurſus ad debitam conſiſtentiam, & poſtea in taleolas diſſectum cum ſpiritu vini extrahe, ut dictum.

Colocynthis, veratrum, & ſpecies diarhodon eodem modo extrahuntur, ut prius; ſed cum ſpiritu vini optime rectificato. Veratri tamen præparatio tutior hæc eſt, Verari nigri veri, ſeu Auſtriaci, radices, groſſo modo contu-

contusæ, digerantur in spiritu vini, calo tepido, per duodecim dies. Post abstrahat vini spiritus, in balneo, ad consistentiam spi siorem.

Ad Quartanam.

R. *Aloes* ℥iv *Myrrhæ a, Radicum Gentianæ, Aristolochiæ rotundæ* ana ℥iij *Croci Orie tal,* ʒiß *Trium Santalorum* ana ʒj *Rad. Asa* ʒij *Folior. senæ mundatorum* ℥iß *Mithridat optimi* ℥ß.

Pulverisanda pulverisentur, fiatque mas cum syrupo *b* de scolopendrio, ex qua fi extractum, cum aqua Carduibenedicti, add to sale ex fecibus, cujus Dosis, scrupulus unu ad drachmam semis, pridie accessionis, m ne, cum drachma una aquæ extracti.

a Electæ rubræ.

b Melius cum succo si haberi potest.

Modus hic parandi extracta purgantia, tar simplicia, quam composita, vulgaris est, No vi autem modum *a* longe compendiosic rem, tincturam & omnem vim catharticam spatio quadrantis horæ, è medicamentis pu gantibus absque ullo calore externo, & addi tione ullius rei mineralis eliciendi, quo ex tracta longe majoris fiunt efficaciæ, quam trito & consueto more parentur.

a Non certè est alius, quam qui fit cum ole Tartar. admixtis guttulis 4. aut 5. ad singula drachmas.

Theriac

Theriaca Germanorum. †

Grana juniperi recentia & matura in mortario marmoreo conterantur, quibus ad singulas libras *aquæ pluvialis destillatæ* libræ quatuor superfundantur, & per triduum, locò calido digerantur *a*, postea per pannum colentur *b*, & fortiter exprimantur. Colatura filtretur, *c* exhaletque ad extracti consistentiam. *d* Dosis drachma una.

Vires. Datur in colica, calculo, suffocatione matricis, mensium suppressione, defluxionibus frigidis, hydrope. Est etiam præservativum specificum contra pestem, & omnem aerem contagiosum *e*.

† *Hoc nominis putant à Paracelso tributum esse, verum in scriptis ejus id non invenitur; Electuarium quidem juniperinum proponit* Con. l. 1. Tom. V. pag. 105, *ut longe aliud magisque compositum, atque ideo etiam melius est ac theriaca.*

a Vel etiam coquantur leniter ad horas non multas.

b Agitandout nimirum pulpa tantum transeat, semen vero & tunicæ removeantur, quod optime per cribralum fit.

c Additurque sacchari albissimi ad pondus extractionis.

d Ad cujus libram unam, adde macis & calami aromatici ana drachmas duas, cubebarum drachmam unam. Fiatque Electuarium in forma

I mithri-

mithridatii quod in vitro bene munito insoletu per mensem unum, cujus usus est à pastu.

e Caput enim & cor hoc succo mirabiliter r creantur.

Laudanum sive Νηπενθὲς † *quovis H merico præstantius.*

α Extractum *a* Narcoticum dicitur *La danum*, quasi laudatum remedium, ob ins signe scilicet effectus, quos in gravissim morbis & doloribus sæpissime conspicimu Aliqui *Nepenthes* vocant. Testatur enim H merus, remedium tali nomine insignitu Helenæ *b* fuisse, quo omnes cordis langu res & ægritudines abegerit, & jucundam h laritatem lætitiamque induxerit.

Recip

α Laudani opiati licet variæ sint præpar tiones, nullam tamen meliorem judic mus, quam hanc.

R. *Opii Thebaici* veri, minutim concisi q. irroretur aliquantulum aceto rosace hinc laminæ ferreæ mundæ imponatu aut patinæ vitreæ arenæ impositæ, & s per prunis tamdiu detineatur, contin agitando, donec coquendo quasi vapor pii noxius una cum aceto in auram abier

Recipe *Tincturam* ex *c Hyoscyami* ℥ij cum *spiritu vini* per spiritum victrioli vel sulphuris acido facto, extractam ut artis est. Ex *opii d* ℥j ut supra extractam. *e Croci Orientalis* ℥ij extractam.

Misce, & pone in loco tepido per dies quindecim, quotidie agitando. Quibus finitis, spiritum per balneum evoca, deinde massæ in fundo remanenti adde, *Extracti Castorei* ʒij *Tincturam ex* ℥ij *Diambræ* per spiritum vini juniperatum in balneo vaporoso extractam una cum digessolvente *e*.

&Opium refrigeratum in pulverem digitis comminui possit, odorem violaceum referentem.

Hoc modo præparati Opii R. q. v. eique in vitro satis capaci contento affunde *acetum destillatum* ad eminentiam iij digitorum, stent ita in digestione leni ad aliquot horas, vitro exacte clauso, ut solvatur, solutum tinctumque filtretur, aliud acetum remanentibus fœcibus affundendo, digerendo filtrandoq; ut primum; & hoc toties repetendum, donec omnis tinctura fuerit extracta, & acetū non amplius tinctum, sed clarum appareat. Tincturę hæ omnes cōmisceantur, & cucurbitæ infundantur, abstrahendo igne secundi gradus in MB.

Stent in digestione per mensem, sæpius a-gitando, dum omnis odor gravis evanesca-Tandem adde, *Tincturæ f corallorum, Succi-ni pellucidi præparati* añ ʒj *Ossis è corde cerv-* ℈ß *Tincturæ auri* ʒß Omnibus in mortari marmoreo mixtis, & prius contusis contun-dendis, adde.

Olei Succini, Macis, Cinamomi ana ℥ *Extracti Moschi*(quod tamen in mulieribus o-mittendum est) ℈ß Hæc omnia pone in loc ter

---

in MB. acetum, remanente extracto. Hu-in fundo remanenti affundatur aq. rosari-digeratur per horas aliquot & hinc simil-ter ut acetum ex MB. abstrahatur à rem-nente extracto spissiore. Hujus extrac-R. ℥ij. *Croci Oriental.* aut *extracti ejus* ʒj *Magister. cornu cervi, Corall.* añ ʒiß. *Spiri-Victrioli parum* F. Massa.

Secure hoc laudanum exhiberi potest in f-stendis omnibus humorum profluviis, o-mnibusque ventris excretionibus, in f-dandis omnibus etiam acutissimis à qu-cunque causa subortis doloribus; in vig-liis, & inquietudinibus immodicis u-phrenitis, Mania, Medicamentum est st-pendum, gratam tanquillitatem inducen-Dosis gr. ij. iij. quovis tempore maxim-vesperi.

temperato, ut exsiccentur, ad pilulas inde facile formandas.

Dosis gr. 1. ad quatuor.

† *Laudanum hoc vere laudatum Theodorus Zvingerus vir summus & insignis medicus, primum illud appellari censuit Nepenthes nomine, quod latine sonat quasi nullus luctus; ob summos autem & admirabiles effectus, quos exerit Laudanum ei aptissime & summo jure competit.*

a paregoricum hoc insigne autor extractum quoque narcoticum vocitat quamvis minus convenienter, siquidem qualitas ejus narcotica & soporifera, dependet potius à sulphure quodam φλογιστῷ fœtido & immaturo, quo opium plurimum abundat, quam à causa quadam frigida. Nam & fumus sulphureus carbonum & vapor sulphureus, tam vini, quam Croci multo citius hominem in somnum præcipitabunt profundum & letheum, quam aqua nivis, aut glaciei montium, quantumvis in summo excessu frigidissima. Hæc enim frigiditas caret spiritibus vaporosis & sulphureis, qui cerebri ventriculos opplentes, ejusmodi soporiferas inducunt affectiones. Odor præterea opii fœtidus, certissimus index est ejus, qui in eo inest, copiosi sulphuris & olei. Quapropter separato & dempto hoc sulphure fœtido, opium hoc in anodynum præstantissimum evadet, siquidem causa ναρκώσεως sublata, necesse est ipsa quoque νάρκωσις tollatur, ut hinc manifeste eorum error apparet, qui narcotica ab anodinis non distinguunt, cum tamen ipse Renodæus in dispensatorio Medico

lib.3.cap.17. *profiteri cogatur, Narcotica im*
proprie, ac solum nominetenus anodyna vocari

Quum autem anodyna communiter sunt pa
regorica, quæcumque dolorem tollunt, dolori
vero cruciatuumque enormes passiones leni intro
ducto somno plerumque consopiuntur, ac sæpe e
tiam, dum quiescit cum corpore morbus, simu
dolorum causæ extirpantur; Ideo multum situm
est in mitigationum momento. Quæcumque igi
tur essentiale anodynum (non allioticum, au
narcoticum) rite recteque præparatum, ipsi na
turæ convenienter applicare poterit, is merit
gaudebit se instructum thesauro Attalico, possi
dere panacæam ad obliterandum quoscumqu
tam internos, quam externos cruciatus, ad ia
autem in acie novaculæ tanquam ad sacram sa
lutis anchoram confugere poterit, nec colica lum-
bago, vigiliæ, delirium, cardialgia, febrium in-
quietudines, vomitus, pleuritides, arthridis,
calculus, uteri suffocatio, morbus comitialis seu
Herculeus, aliique quam plurimi affectus repu-
gnabunt. Quod ipsum sane memorabile illud ex-
emplum Quercetani *in pharmacop. confir-*
mat.

b Helena tale remedium dedit Thelemacho
quod quidam putant fuisse nostram buglossam.

c An Hyoscyami tinctura quomodocumque
parata utilis necessariaque sit ad Laudani opia-
ti confectionem, non immerito quæritur? Nos
negamus simpliciter, hyoscyamus enim est nar-
coticum vehemens, adeoque deleterion, ut non
tantum in hominibus insaniam, capitis vertigi-
nes,

nes, & veternum gignat; verum etiam Æliano teste, pastus illius resolvantur apri, unde & suilla faba appellatur. Deinde hanc vim suam tantum abes ut reclusam vel correctam exhibeat ejus tinctura, ut potius propter summam tenuitatem, quam à vehiculo spiritus vini habet, cujus nimirum ministerio extrahitur, eandem magis noxiam prodat, repagulis itaque crassitiei ipsius remotis clandestine in omnes corporis cavernas sese insinuare potest. Quapropter hyoscyami tincturam merrito à laudabili laudani hujus opiati confectione excludimus, & neutiquam hujus laudati medicaminis basin esse seriò statuimus secus ac quidam æstimant.

d Thebaici scilicet, Thebaicum autem optimum & præstantissimum illud dicitur, quod ex Cairo advehitur, albicatque, ut etiam vult Galenus. Ex Syria vero Alexandria, & aliis regionibus allatum, nigrum, & minus bonum est. Nec minoris virtutis est illud, quod ex Cambaia hodie affertur.

e Seu menstruo, spiritu vini juniperato.

Aliud.

Recip. Opii electi unc. duas, Has scinde in parvas subtilesque portiunculas, easque sicca in Sole, aut simili calore, donec reddantur friabiles. Hinc pone eas in matracium, & superfunde tantum *aceti vini*, ter aut quater destillati, quantum ejus ad quatuor digitorum eminentiam necessarium.

Relinque ita in fusione, usque dum acetu valde tinctum sit, quod postea decanta, & liud toties super affunde, donec non amplii coleretur. & tunc acetum tinctum filtra, d stillaque in balneo; donec tinctura remane in fundo, mellis instar. Interim eodem m do, tinctura ex uncia una *croci* eliciatur, p aquam vitæ communem, opiique extract super affundatur, post balneum exstilletu donec utraque tinctura simul juncta, ad m lis formam in imo subsidat. His adde mag sterii perlarum, coraliorum, ana drach dua sulphuris narcotitici, victrioli, (quod capi vigesimo descriptum est) unciam semis.

Vsus. Remedium est probatissimum tuti simumque in omnibus doloribus, seu ven ris, seu aliis, sistitque omnem hæmorrh giam, & ventris fluxum. Dosis est à gr. 4. ad 6.

Aliud.

Recip. *Opii præparati, essentiæ hyoscyami* unc. unam, Superfunde *spiritus vini, infusi nis specierum diambræ*, absque moscho & am bra, unciam unam semis; atque in balneo r dige ad consistentiam liquidiorem, cui add *corralliorum, perlarum carabes albiss.* ana i tenuissimum seu impalpabilem pulverem r dactorum, drach. unam, *ossis è corde cerv* scrupulum unum, *croci optimi*, per spirit. vin extracti, scrup. quatuor. Incorporentur cur pauc

pauco *spiritu cinamomi*, ut fiat massa molliuscula, quæ dividenda in duas partes, quarum alteri adjiciatur *moschi* opt. scrupul. semis, *ambræ griseæ* gr. sex, alteri vero add. *castorei scrupul.* semis. Utraque massa seorsim digeratur in matracio, calore fimi equini, per quatuordecim dies, tandem ad usum reponatur.

Dosis gr. trium vel quatuor.

Opium præparatur hoc modo. In minutas taleolas dissectum, cum spiritu vini facta unica ebullitione, per quatuordecim dies, calore tepido digeritur, & tandem in balneo, separato vini spiritu, ad consistentiam debitam redigitur.

Hyoscyami radices colliguntur, mense Septembri. E contusis succus exprimitur, qui, cum albuminibus ovorum depuratus, calore mediocri coagulatar, ad consistentiam solidam, ex quo, per spiritum vini, optimè rectificatum, extrahitur tinctura, quæ, in balneo, ad formam exttacti redigitur.

Essentia Chynæ

Clarissimi Viri,

D. *Casparis Dornavi, Philosph. & Medici* ἐυχημονεστάτε.

Recip. *Ligni sancti* unc. septem, *cortic. ligni sancti* unc. tres, *ciceerum rubror. manip.* unum,

aq. ad propriatar. lib. octo femis, *vini Rhenani* lib. duas *hydromelit.* lib. femis. Stent in B. M. alembico cœco probe clauso, per horas viginti quatuor, subjectis accensisque paucis carbonibus. Postea ebulliant omnia & coquantur, dum libræ quinque remaneant. Hæ colentur, cum expressione, postea filtrentur Hermetice. Hoc est imprægnatum menstrum, ad eliciendam tincturam, ut sequitur.

Recip. Hujus *Decocti* libras quatuor, vini *Rhenani* lib. femis, *Succi citrior. recens expr* unc. duas, *Ligni sancti rasi* unc. unam, *Cort.* ejusdem ligni unc. femis, *Radic. chinæ* unc. quatuor, *sarsæ pariglia* unc. tres, *ligni sassafras* unc. unam femis, *radic. specificar.* unc. duas, *Herb. affectui curando convenient.* manip. fex *Florum* pugil. fex, *Seminũ* drach octo *Cornu cervi rasi* unc. unam, *Ligni rhodii* unc. femis, *Cinamomi* drach. duas, *Cubebarum*, *Cardamomi*, ana drach. unam. Conquassata infundantur in B. M. blande calida, alembico cœco optime clauso. Post dies duas, coquantur in eodem alembico, ut remaneant libræ duæ, quæ colentur, exprimantur, & aliquoties filtrentur. Ponantur rursus in B. M. ad digestionem, per horas viginti quatuor, ut, quid superfit feculentum, subsideat. Refrigerata eximantur, & per inclinationem colentur, filtrentur. Rursus in balneum collocetur liquor, & per alembicum exstillet aqua ad uncias octodecim, quæ seorsim servand

I

In fundo cucurbitæ manet liquor spissior, potissima remediorum tinctura, quæ rursus filtranda, cui addantur *sacchari penidij* unc. semis, *aq. Cinamomi opt.* drach. duæ, *salis ex relictis fecibus, s. a. extractis*, drachmæ duæ.

Vsus. Exhibetur hic syrupus extractionis, mane pro sudorifero, in lue venerea, arthritide, catharris, asthmate, paralysi & similibus, à drachmis tribus ad sex, loco prægrandis cyathi vulgarium decoctorum hydrotium. Aqua autem prius servata bibitur horis pomeridjanis, ab unciâ una ad duas, sine promotione sudoris, ad quem tamen, sequenti mane eliciendum, corpus præparat.

Syrupus extractionis Flor. Papaveris Erratici.

Recip. *Florum papaveris erratici*, probè mundatorum à parte nigra lib. unam, *aquæ papaveris erratici* lib. duas, Macerentur per viginti quatuor horas in B. M. Deinde probè exprimantur. Expressioni adde denuo flor. papaveris lib. unam, *spiritus vitrioli* scrup. semis

Macerentur rursus & exprimantur quater. Vltima expressio, absque floribus, ponatur in B.M. per diem unum. Deinde filtretur Hermetice. Filtratum ponatur denuo in BM.

per duos dies, ut feculenta probe deponantur. Exstilletur aqua, quæ seorsim servanda. Quod in fundo remanet, cola probe per inclinationem, & separa purum ab impuro. Adde, exempli gratia, unciis duodecim hujus extracti & depurati succi, *facchari* unc. sex vel septem.

Eodem modo fiunt syrupi extracti florum Tunicæ, Calendulæ, Sambuci, Hyperici, Centaurii minoris.

Dosis syr. extr. papaveris erratici est drachmarum sex, cum vulgaris vix uncia una semis sufficiat.

CAPUT X.

De Tincturis mollibus.

Etsi Tincturæ merito propter operationes quibus perficiuntur, & consistentiam suam, ad extracta referri possent, tamen quia ab auctoribus Tincturarum titulo donatæ fuerunt, placuit ipsis etiam peculiare Caput assignare.

† *Tincturæ molles differunt à liquidis, quod in illis fiat aliqua menstrui evaporatio, & sic aliqualis coagulatio, in his vero menstruum servatur universum.*

Tincturæ

Tinctura Mellis.

Misce *mel arenis* bene mundatis, ut fiat quasi massa, superfunde *vini spiritum*, ut emineat duobus digitis, digere per quinque vel sex horas, coloratum spiritum effunde, aliumque affunde, donec non amplius coloretur. Tinctum spiritum filtra *a* & coagula. Mirum in modum nutrit phthisicos *b*.

a Non omnino, sed ad mollem consistentiam usque.

b Potius veros hecticos, si ejus quotidie mane & vesperi exhibeatur cochleare dimidium, vel per se vel in decoctis pectoralibus, præcipue vero cum balsamo fœniculi, potest & in sero lactis exhiberi.

Tinctura Croci. *

Fit cum *vini spiritu*, qui super ipsum infundi debet toties, donec tincturam totam attraxerit, & remaneat terra subalba. Tinctura filtratur, & S,V. Leni balnei calore abstrahitur *a*.

Usus. Varias & egregias habet facultates, & spiritus inprimis in syncopticis recreat & restaurat mirabilirer, si unica saltem ejus gutta, in jusculo aut vino albo exhibeatur.

* *Subintellige flores Croci Orientalis.*

b Exinde fit extractum, si ad consistentiam destilletur. Tin-

Tinctura Rhabarbari.

Recip. *Rharbarbari Monachorum*, in frustula concisi, unciam unam. Superfuude *Ole amygdalarum amararum* ad trium digitorum eminentiam, q. s. vel uncias quatuor. Pone in calorem solis, per mēsem philosophicum sive quadraginta dies, atque sic oleum rhabarbari essentiam in se derivabit. Exprime deinde massam, per manicam Hippocratis vel linteum. Expressioni optimum *vini spiritum rectificatum* affunde, atque in B. M. per aliquot dies relinque. Sic spiritus vini essentiam omnem rhabarbari attrahet. Hinc remanentiam rhabarbari iterum, cum novo oleo, ponito in digestionem, ut id rursus tingatur, iterumque per spiritum vini tincturam ex oleo evocato, quod tamdiu est repetendū; donec rhabarbarum nihil amplius coloris oleo suppeditet Atque ita tinctum vini spiritum, per alembicum, ad dimidias destilla, quodque destillatum est redde, iterumque ad dimidias destilla, quod etiam quarta vice est repetendum. Ultimo denique totum per alembicum destilla, atque tum demum tinctura, una cum vini spiritu, per alembicum feretur, postea ad mellaginem, vel balsami formam, in balneo vaporoso, separanda.

Dosis

Tinctura hæc melius fit primo ope aquæ cujusdam destillatæ & hinc Spiritus vini, sine destillatione. Vide extractum.

Dosis gutt. decem vel duodecim in conserva aliqua, aut liquore conveniente.

Tinctura Sacchari.

R. *Sacchari albi pulverisati* ℔j. pone in cucurbitam, el matracium cum duobus cochlearibus *aceti destillati*, digere super cineres calidos per sex horas, deinde superfunde, *aquæ vitæ rectificatæ*, ut supernatet ad duos digitos, digere, donec coloretur, postea, aquam tinctam effunde, & aliam toties reaffunde, donec ulterius non coloretur. Tum menstruum per balneum evoca, Tinctura sive essentia rubra manebit in fundo quæ circulbri a debet, cum aquis cordialibus.

a Hæc necessaria non est circulatio.

Tinctura Salis Tartari.

R. *Sal tartari purissimi*, qui per reiteratas calcinationes, solutiones, filtrationes, coagulationes, & fusiones, paratur, q. v. Pone hunc in crucibulum forte, & funde, inter prunas, tamdiu, donec ex viridiusculo evadat cœruleus, adeo acris, ut, super linguam positus, eam ignis instar adurat. Tunc pone in matracium, eique super affunde paullatim tantum *spiritus vini*, donec ad tres digitos, supernatet. Relinque in frigido, per horam. Post pone in ignem sabuli, lenteque bulliat, donec spiritus bene tinctus sit, quem oportet separari, & alium substitui, donec omnis tinctura

ctura sit elicita. Eo facto, spiritus vini, p deſtillationem, evocandus. Sic tinctura m nebit in fundo, inſtar ſanguinis rubicund odoriſque ſuaviſſimi.

Vſus. Doſis eſt, à quinque, ſex, ad oct guttas, in vino albo, aut juſculo aperitivo, a pellendas urinas, & reliquias luis venereæ aliorumque morborum inveteratorum. Ap prime etiam convenit malo hypochondria co, omnibuſque generis obſtructiones reſe rat, & ventrem eorum, qui hac utuntur, ſem per laxum tenet, & apertum.

Tinctura Sulphuris. [a]

Liquefac *a Sal tartari in tigillo, flores* item *ſulphuris* in alio tigillo, poſtea ſimul miſce, & ſponte infrigidari permitte. Maſſam tere, cui *ſpiritum vini* ſuperfunde, ad eminentiam 4. digitorum. Digere, donec colore rubicundiſſimo tingatur, menſtruum ſeparatum per balneum

---

[a] Nobis tincturam eam parandius modus hic commodiſſimus videtur. Recip. *Flor. Sulph.* ℥j. *Sal Tartari* ℥ß. mixta imponantur ollæ vitreatæ amplæ & intra carbones igne leniſſimo calcinentur, continuo ſpatula materiam movendo. Hoc facto impone iſtum pulverem ſub rubrum vitro cuidam, eique ſuperfunde Spir. vini ad eminentiam aliquot digitorum, digerantur donec extracta eſt Tinctura.

lneum evoca. Hæc tinctura est verus pulmonum balsamus.

Si quis est, qui de hac præparatione dubitat, is sciat, eam optime succedere dextre operanti. Ego quidem talem tincturam rubicundissimam elicui, & post menstrui exhalationem, ad cuticulam usque, crystallos diaphanos, magnarum virium, collegi.

a Modus hic præpararandi tincturam sulphuris in ἐγχειρήσει ipsa non succedit. Alius itaque substituendus.

Tinctura Antimonii.

R. *Antimonium calcinatum*, ad cinerum colorem talem, qualis ad facienda vitra requiritur. Pulverisa hoc, in mortario marmoreo, cum æquali pondere *salis tartari*. Deinde superaffunde bonum *spiritum vini*, & digere in balneo, donec spiritus sit imprægnatus virtute ac colore antimonii, quem affundi oportet, per inclinationem, & alium rursus superaffundi, donec non amplius coloretur. Tunc spiritus vini per balneum exstillandus, ut vera essentia antimonii in fundo maneat,

---

ires. Medicamentum insigne præbet phthysicis, ulcera pulmonum consolidandi vi prædita, præservat à peste aliisque morbi contagiosis, similiter ac de Balsamo ejus diximus. Dos.a. gr. v. ad ℈j.

maneat, sanguinis instar rubicunda, & pe
sanandis ulceribus malignis accommodati
sima.

Tinctura Smaragdi.

Tere, & pulverisa *Smaragdos*, in mortari ferreo, post tincturam extrahe, per *urinam in fantis* destillatam, digerendo, in loco calidc Cumque urinam destillatione abstraxeri: superfunde ei, quod in fundo residet, colori leucophæi, bonum *spiritum vini*, tincturam que inde extrahe viridissimam, à qua spiritu vini separandus.

Usus. Dons est, ab octo, ad decem gut tas, in aqua oxalidis, tormentillæ, plantagi nis, contra omnes fluxus ventris & dysente rias. Stomacho etiam imbecilli corrobo rando covenit.

Tinctura Corallorum.

Antequam ad corallorum tincturas acce dam, operæ precium me facturum existimo si veterum errorem, de illorum natura, pau cis hic refutem. Existimant enim cora lium, in abysso maris, molle esse, extra ma re vero demum durescere. Unde Ovidius ait, *quarto Metamorph.*

Nunc quoque coralis eadem natura re manlit, Duritiem tacto capiant ut ab aere; quod-

odque Vimen in æquore erat, fiat super
quora saxum.

Et decimo quinto Metamorph.

Sic & coralium, quo primum contigit au-
, Tempore durescit, mollis fuit herba sub
dis. In eodem errore hæserunt & alii, uti
Dioscoride videre est, *lib.* 5. *cap.* 139. &
nunc sunt, qui eundem fovent. Monardes
m, de Ambaro differens, ait illud bitumi-
genus esse, ex fontibus, in alio mari ma-
ns, quod aeri expositum illico densetur, ut
eant pleraque, quæ sub marinis aquis te-
la & mollia sunt, at aqua exempta du-
tur, ut coralium, succinum. Sed fallitur,
auctoritate veterum decipitur. Generosus
m Dominus, Johannes Baptista de Ni-
e, Eques Marsiliensis, & Regius piscatio-
coraliorum, in regno Thunetano, Præ-
tus, certo mihi confirmavit, quod cum an-
M. D. LXXXV. mense Julio, in mari
ertino, regni illius Thunetani, piscatio-
n instituisset, cupiditate naturæ coralio-
n investigandæ inductus, juvenem, funi-
sufficienter longis, alligatum, & pondere
inti quinque librarum, in utraque manu,
descensum tutiorem & commodiorem,
atum, in mare illud centum perticas pro-
dum, demiserit, ipsique in mandatis de-
it, coralium evelleret, &, inter evellen-
, curiose attenteque observaret, an mol-
durumve esset. Qui, ubi rursus ascendis-
, utraque manu coralii ramum attulerit,
constan-

constanterque adserverit, illud non minu
sub mari, quam supra illud, durum esse, i
se, cum ad octo perticas, aut circiter, prop
fundum maris, adpulisset, magnam ibi fr
goris vim sensisse. Immo, quod ipsemet
tiam, cum relationi istius fidem adeo no
haberet, in mare, cum retia, quibus corali
piscari solent, extrahenda essent, antequa
in ipsum aerem efferentur, ad profunditate
unius perticæ, sese immerserit, & coraliun
retibus adhærens, manu prehenderit, idqu
tum æque durum, ac jam aeri externo ess
positum, observarit. Idem etiam confirm
vii Dn. de la Piotier, Nobilis Lugdunensi
qui anno cIↄ. Iↄc. CXIII. ab ejusmodi pi
catione, è Barbaria reversus est.

Retulit quoque Dn. de Nicolae, quod vi
re, quando coralium evellitur, liquor quida
lacteus, ex eo, inter frangendum, emane
qui, decidens super lapidem, lignum, fe
rum, aut aliam materiam, coralium produ
cat, & quod viderit in κειμηλιαρχίῳ Pisan
Magni Ducis Hetruriæ, hominis defunc
cranium, ex quo, in mari, magnus coralii ra
mus excreverit, nec non anchoram, è ma
extractam, in qua multi coraliorum rami,
liquore ipsorum prognati, conspecti fuerin

Sed de coraliorum natura satis, sequitu nunc de eorumdem tinctura, quæ ita paratur.

Dissolve *coraliorum* uncias duas, in libr
una *succi limonum*, digerendo per octiduum

è

postea filtrando. In hac tinctura dissolve chari albi uncias octo, & digere evaporan- ad syrupi consistentiam.

Usus. Dosis cochlear unum in omni fluxu patico, dysenteria, sanguinis, & similibus.

Alia.

R. *coralli triti* q.v. infunde in aqua *acida*, l *quercus*, vel *juniperi*, vel *Guaiaci*, vel *bu- rectificata*, (sicut in capite de aquis destil- is docuimus) ut menstruum ad tres vel atuor digitos emineat. Digere infimo e- uino vel ejus vicario, ad octiduum. Quod ssolutum fuerit, effunde, & aliud acidum ties reaffunde, digere, & decanta donec ralli dissoluti fuerint. Dissolutiones per artam emporeticam cola, vel filtra, & ad ccitatem destilla. Materiæ in fundo vasis re- ctæ affunde optimum vini spiritum. Is tin- etur per digestionem octo dierum instar nguinis, separa liquorem tinctum à feci- us, alium reaffunde spiritum, digere, & de- nta, donec omnem tincturam extraxeris. andem spiritum tinctum filtra, & coagula d Syrupi consisteutiam, si placet, circulabis um aqua cordiali, vel adde saccharum in qua rosacea dissolutum, & reduc in syru- um.

Alia.

Calcinantur *coralli* cum ana *sulphur* & tinctura per *acetum destillatum* elicitur, di gerendo per quinque vel sex dies.

Alia.

Coralli triti calcinantur, cum ana *salis pe træ*, per horam, igne ita moderato, ut Ni trum c non liquescat. Postea calidè impo nuntur in matracium, & *spiritus vini* super funditur, digeruntur per viginti quatuor ho ras. Spiritus tinctus effunditur, & alius rea funditur, donec omnem tincturam attraxe rit.

Alia.

Recipe *Phlegma salis communis*, in e coralia digere, tinctum phlegma deple, & a liu

---

Nullus fere qui vel à limine saltem Chy miam salutavit, est, qui non de singulari a liqua *Corallorum Tincturæ* præparatione glorietur, & insigniter se jactet, si autem paulo penitius omnes illos processus *dictæ Tincturæ* præparandæ perlustro, invenio istos nullam plane prærogativam habere præ *Martis* aut aliorum plurimorum *metallorum Tincturis* aut *essentiis vulgo dictis*. Nimirum meræ *solutiones Corallorum* sunt, non extractiones, facil ne

d affunde, continuando id donec, men-
ũ non amplius coloretur. Tinctũ phlegma
de-

iegotio per præcipitationem benefi-
io *Salium* vel *spirituum mineralium acido-
um* in pulverem album, quem *Magiste-
ium* vocant, vel per abstractionem men-
trui, destillando vel evaporando, in *pul-
verem salinum* similiter album, & in quo-
vis liquore (exceptis *spiritibus ardentibus*,)
esolubilem, quem *Salem* vel *solutionem Co-
alliorum* nuncupant, redigibiles. Consistit
autem sola differentia *illarum Tincturarum*
n diversitate *menstruorum* vel *liquorum*,
quibus *Corallia* extrahuntur vel solvuntur,
& prout *menstruum affusum* variat, ita e-
iam magis minusve efficaces sunt putati-
iæ illæ *Coralliorum Tincturæ*. Itaque si
medicamina salubriora ex *coralliis* confi-
cere animus est, non tam ad rubedinẽ vel
tincturam, utpote quæ in illis valde vola-
tilis, inconstans & fraudulenta est, & sæ-
penumero ex sola digestione affusi liquo-
ris oritur, aut prior & propria vel nativa
annihilatur, respiciendum est, quam ad
menstrua solventia, quippe quæ per se effi-
cacia pro conditione morbi & ægroti eligi
& adhiberi debent. Quorum præcipua
sunt, *spiritus Veneris*, peculiari artificio ex
Venere essentificata destillatus & rectifica-
tus,

destilla, ad mellaginis formam, nec ulteri
progredere. Alias enim calcinabuntur,
non nisi calcem accipies, calci testarum ov
ru

tus, cujus solutio longe diversa est al
corrosivis aquis aut *spiritibus*, qui solvenc
in quid alienum à sua natura transmuta
tur, quod in hoc *laudabili spiritu* non ev
nit, sed integris viribus à re soluta abstr
hi & ad alios consimiles usus adaptari p
test. Item, *spiritus* ex *Tartaro*, *Nitro*, & *A*
timonio, sive *aqua Stimmi Tartarea Schr*
deri. Nec non *menstruum* quod plures in s
cretis habent ex *Victriolo* & *Tartaro* par
tum, & similia alia, quorum non pau
collegit Clarissimus Schroderus *lib.*
Pharm. med. Chym. cap. 6. p. 337. & seq.
defectu autem similium solutionum, cu
enumeratis menstruis confectarum consi
tum esset, ut vel *Coralliis ipsis* super Po
phyrite subtilissime tritis aut lævigatis, v
solutione eorumdem cum *aceto* vel *suc*
Berberum parata contenti essemus, nec ta
ingentibus torturis, tamque fastidiosis l
boribus, maxime vero tot variis violenti
que calcinationibus, ceu quibus ea destru
mus potius, quam ut boni tantillum e
ipsis eliciamus, pro *Tinctura* (quæ tame
vera & genuina in hunc usque diem à n
nec dum visa est, ut omnia examina sust
neat,) extorquenda, *Corallia* subjiceremu.
ita disserit *Zwelferus* ad Phar. Aug. p. 76

m haud abſimilem. Mellaginem hanc cum ni malvatici alcohole circula, & circulatum ui aſſerva.

Eodem modo & è margaritis tinctura eliatur.

Caput XI.

De calcinatione ſalis communis, ſalis Petræ, Victrioli, pumicis. Lapidis ſpongiæ, Cryſtalli, Marchaſitæ argenti.

Calcinatio Salis Communis.

Sal commune poſitum in crucibulo, vel alio vaſe retreo, & fere ad ſummum repleto coopertoq; locatur inter carbones ivos, donec undique candeat, nec amplius repet. Solvitur poſtea aqua communi, filratur, & in ſcutella nova vitreata coagulatur.

Hæc calcinatio ſeu potius præparatio ſalis ommunis eum in finem fit, ut ſpiritus arſenicaes & foites in ſale hoſpitantes ignis beneficio ufferantur, humorque ei admiſtus adventitius ereat, utrumque te conſecuturum eſſe certo conſidas, ubi crepitus poſt candorem ſatis deſieunt.

Calcinatio salis petræ, sive Crystallu minerale, seu Lapis prunellæ †. *a*

Sal petræ vulgaris solvitur in *aquâ co muni*, & per chartam emporeticam trajicit quo à sordibus omnibus expurgetur. Dei de vase vitreo decoquitur, & crebro desp matur, *a* antequam coaguletur. Exsiccat teritur, & sartagini imponitur, ut inter pr nas *b* accensas liquefieri possit. Liquati r tri libræ injicitur *florum sulphuris* uncia na, non quidem simul, una vice, sed pluribu donec omnis pinguedo *c* deflagraver. Flamma quæ cerulea, vitanda. *d* Hæc lis solutio, filtratio, decoctio, despumati coagulatio, eliquatio & deflagratio si ter r petantur, ad medicinæ usum *e* sufficient præparatus est. *f* Et licet, quo magis te reus fuerit, eo copiosiores in destillation reddat spiritus, ob naturam igneam, in sic terreo, tanquam in proprio domicilio late tem: tamen si ad præscriptum hoc depurg tu

---

a Compendiossima via lapidem hunc pr nellæ conficiendi hæc est, R. *Nitri puriss* ℔j. *Flor. Sulph.* ℥ij. Misceantur no pulverisata, & in crucibulo liquentur, e fundanturque ut antea.

ar, fiet magis aereus, penetrativus, diureti-
us, minus corrosivus. Ergo in operatione
e qua hîc agitur, sæpius depugrandum ni-
um, nec, quod ad institutum non facit, si
erdatur, curandum.

Usus. Maximo cum fructu in febri Hunga-
ca usurpatur: imprimis quando fauces, præ
imio æstu, nigrescere incipiunt. Datur ejus
drachma semis. vel drachma una, in aqua
osarum, semper vivi, prunellæ, sonchi, la-
tucæ; faucesque tali gargarismate sæpius e-
luuntur: siquidem omnem oris & colli *h* im-
nunditiem tollit. Elegantior tamen modus
ic est:

Recip. *cancros fluviatiles* vivos duos vel
res: *sedi* seu *semper vivi virentis*, manip. u-
num. Contundantur simul in mortario: suc-
us exprimatur: colentur.

Recip. hujus *succi*, unc. tres, aut circiter
itri præparati drach. unam. Dissolvantur
ro usu.

Intra corpus etiam exhibetur, cum aquis
efrigerantibus, ad alterandam cordis intem-
eriem *i* calidam. Cum *k* vini spiritu sum-
tus tussim sedat: cum aqua hyssopi tam
ulmonis, quam hepatis obstructiones ex-
edit: *l* anhelitũdifficilem curat: vocem de-
erditam restituit, eamque sonoram reddit:
i dimidia ejus drachma, cum ovi vitello, me-
diocriter percocto *m* matutino tempore, à
ejuno quotidie sumatur. Valet præterea in
multis *n* aliis morbis tam internis, quàm ex-

 ternis:

ternis: ut latius Joh. Tholdeus, in sua Halographia. & *Bernhard. Penotus*, in libro de præparatione medicamentorum Chymicorum, edocent.

† *Lapis prunellæ dicitur ideo, quo inflammationi gutturis, quam prunellam vocant, a faucium scabritiei, confiniumque partium inflammationi, medeatur præsentissime.*

a Postea, antequam coaguletur, frigori i scutella lignea, præsertim ex ulmo facta, exponitur, ut deinde in lapillos concrescat; coagulati autem super igne non usque quaque tuta est.

b Non continuo sed pedetentim, & quiden igne rotæ.

c Sulphurea.

d Quia nimis visum dispergit, prætereaqu odor pectori malignus: ideoque operatio hæc semper sub patenti camino perficienda.

e Sal nitri scilicet.

f Tandem sal nitri eliquatus & purus in vas fereum, vel æneam pelvim, prius probe excalefactam, est effundendus, ut frigore concrescat.

g Scrupulus unus, vel drachma semis &c.

h inflammationem &.

i addito saccharo. Itaque ejus usus in febribus est magnus.

k Ad unciam unam salis petræ præparati, sei lapidis prunellæ, proportionaliter sumitur S. V. libra semis; de hac mistione exhibetur cochleare dimidium, aut unum, ad duo.

l Potiùs spiritus nitri, quàm lapis prunellæ id præstat. *m In*

m In cineribus.

n Præsertim in febribus putridis, Vngaricis malignis: mire enim putredini resistit; expel- calculum renum, & vesicæ impuritates ex- dit, urinamque movet, in aquis appropriatis. Nitri bene præparati indicium est; si in lin- a facile & solvatur, & frigus suum actuale pensius exserat. Si salsum quid aut adustum piat, signum est nimiæ exustionis, & spiritus frigerantis dissoluti. Ac propterea tunc intra rpus exhiberi non debet.

Calcinatio Victrioli.

Victriolum exficcatur ad albedinem, in va- terreo, *a* non vitreato: igne moderato: stea is augetur, per horæ quadrantem, victriolum rubefcat: & tunc vocatur col- thar.

a Vel etiam ferreo, semper victriolum inten- agitando; ne adhærescat nimis ac lapide- t.

Calcinatio pumicis.

Pumex igitur, & quater vel quinquies in eto vini extinguitur. Ultimo fine extin- ione ignitur. Et fic facilime in calcem fol- tur.

Usus ejus ad metallorum & mineraliu[m] tincturas eliciendas.

Calcinatio lapidis Spongiæ.

Lapis ſpongiæ ignitur: & toties in ace[to] deſtillato extinguitur, donec in calcem r[e-] ſolvatur. Ejus uſus in calcinatione pro ti[n-] ctura elicienda.

Calcinatio Cryſtalli.

Cryſtallum, per ſex horas, in crucibulo r[e-] verberatum, *a* reduc in pulverem ſubtile[m] & miſce cum ana *ſalis petræ*: & denuo rev[er-] bera, igne vehementi, horas octodecim. F[u-] ſum projice in aquam cœleſtem *b* & qu[od] indiſſolutum manſerit, exſicca, & reduc [in] alcohol. Deinde cum eadem aqua coque: [do-] nec inſtar pultis inſpiſſetur: & expone ſu[per] partes vitri, in calido, ut exſiccetur: iteru[m-] que reduc in alcohol. Et ſi volueris, (qua[m-] vis pulvis præſtare videatur liquori: qu[ia] ſtomachus convenientiorem ad pulve[ris] diſſolutionem habeat humiditatem, qu[am] loca ſubterranea) pone in humidum, ut [dis-] ſolvatur. *d* Si quid indiſſolutum reman[se-] rit, id repetita calcinatione, cum nitro, & [a-] liis, ut ſupra, fiet ſolubile.

(*Sunt, qui hanc præparationem valdè cor[ro-] ſivam exiſtimant: ac propterea cryſtallum p[...]*

v.

rifatum cum sulphure communi prius combu- ndum ducunt: hinc calcem aqua dulci eluen- am, & tandem cum ana salis petræ purificati lcinandam. Verum si ea corrosiva est: talis , vel ratione salis petræ; vel ratione crystalli. t non ratione illius: quia ipsimet crystallum eo lcinandam arbitrantur. Ergo ratione hujus: que sic corrosio, quæ in crystallo latet, additio- sulphuris, ut volunt, non corrigitur. Sal e- m armoniacus aciditate sulphuris fixatur, m sale fixo crystalli: quemadmodum fit in lcinatione coraliorum, Martis & Veneris: & potius corrosio augetur; quæ alias non me- enda.)

Usus. Dosis ejus est guttarum trium vel uatuer, cum ana olei juniperi, contra cal- ulum renum & vesicæ, in aqua aliqua speci- ca.

a Per ignem nudum, aut ignem rotæ.

b Vel rorem majalem.

c In hypocausto, vel super furnum.

d Si in deliquium abeat, præsertim mensibus ajo, Iunio, Iulio, hi enim menses ad deliquia mmodissimi sunt.

e Aqua petroselini, saxifragiæ, juniperi, onidis, raphani, &c.

Alia.

Candefac *cryſtallum* clarum & ponder ſum: eumque extingue in *aceto deſtillato* t ties, donec minimo attactu in pulverem digatur. Tum miſce cum ana *ſalis petræ*, reverbera *a* per octodecim *b* horas. D inde multis ablutionibus ſal fixum ſalis p træ extrahe, exſiccatumque *c* reduc in cohol. *d*

Prodeſt in calculo, morbo caduco, d ſenteria, & lactis penuria. Quod ſi vero qu hunc pulverem impalpabilem adhuc mag ſubtilem reddere voluerit: digerat eum ginti quatuor horas, in ſpiritu vini, & per tortam deſtillet. Quod fixum remanſerit, verberetur, ut ſupra, digeratur & deſtillet toties, donec major pars cum ſpiritu vini cenderit. Tum, ſpiritu vini per deſtillati nem ſeparato, quod in fundo vaſis hæret, p natur in humidum, ut in aquam, ſive oleu diſſolvatur.

a Igne rotæ.

b Ad fluxum uſque.

c Scilicet corpus cryſtalli.

d Doſis eſt à ſcrupulo ſemis, ad ſcrupulu unum ſemis.

Melior eſt ſequens cryſtalli calcinatio proceſ priori. Cryſtallus *primo igneſcat in tigillo; p* *ſte*

ignitus projiciatur in scutellam aqua frigi-plenam, ut facilius in pulverem redigatur; comburatur, prius pulverisatus in mortario reo, cum Sulphuris *communis æqualibus tibus igne rotæ, in catino cooperculato: do-sulphur universum difflagret auctoribus ignis dibus; postea cum aqua dulci calx eluitur, e postea exsiccata tritave cum ana* salis pe-purificati *miscetur, denuoque in catillo co-rto, igne rotæ, tam diu calcinatur, ut funda-simul, ubi refrixerint, exempta ex igne pul-isentur, cum aqua pluviali ferventi co-ntur, & tandem ad mentem authoris pre-atur.*

Calcinatio Marchasitæ Argenti.

Contunde *Marchasitam argenti a* in pul-rem subtilem, ipsiusque nigredinem *aqua* ies elue, donec ea clara & limpida inde fluat: post sicca illam, & dissolve in *aqua* ta *ex salibus, sulphureo & stiptico* diapha-. *b* Solutio sit clara, cui nucleum rerum nium liquidum *c* superfunde. Sic in mo-ento præcipitabitur in alcohol, instar nivis ndidissimum, quod ab omni acrimonia ndicari & siccari, deinde rursus cum *sale æparato* per dimidiam horam teri, hinc la-ri, & in umbra, super papyro, exsiccari de-t, usus ejus est ad cutis vitia. *d*

a Hoc est Wismouthum.

b Hoc est, aqua forti ex sale petræ & alu mine destillata.

c Hoc est, spiritum vini.

d Cum unguentis, præsertim cum unguent pomato, ad lichenes, impetigines, scabritier manuum.

CAPUT XII.

De Calcinatione Antimonii.

Calcinatio Antimonii. a

Recip. *Stibii electi* libras quatuor, *salis pra parati* libras quinque: pulverisata mi ceantur; & in vase terreo lato, plan fundi, super fornacem reverberii agitentur spatula ferrea continue movendo, per quin qu

a Ex Calcinato Antimonio *Vitrum Anti monii* conficitur quod cum frequentioris usus sit, ejus præparationem hic addere placet R. Antimonium rite calcinatum sic ut nil fumi de se amplius emittat, & coloris cinericei omnino sit, fac in olla fu soria aliquot horarum spatio ad ignem fortiorem fundatur, bene fusum effunde in pelvim æneam, & F. Vitrum, De hoc consi-

ie *a* vel ſex horas, donec fumus ceſſet, & bium fiat album & ſubflavum: (cavendum ligenter à liquefactione & fumo noxio) nterantur poſtea in pulverem, & ſal affu-ne aquæ, primum calidæ,& dein frigidæ, iciatur: quod exſiccatum & pulveriſatum

---

conſiderari merentur qua adfert *Zwelferus* in Auguſt. Pharmacop. pag. 799. in quiens. Vitri Antimonii ſine additione Baſilii Valentini exactam præparationem tradit etiam Cl. *Scroderus* lib. 3. cap. 18. num. 1. Secundum quem modum non ſemel Vitrum Antimonii rubini inſtar elaboravi. Obſervari tamen nonnulla circa ejuſdem præparationem quæ lubens communcio. *Primo*, Antimonium poſt perfectam calcinationem aliquamdiu, imò per unum ſaltem vel alterum diem aſſervatum ægerrimè poſtea perſpicuitatem vel diaphaneitatem acquirit, eo quod ab aëre attracto immutetur: itaque poſtquam illud ſufficienter calcinatum fuerit, diutius non aſſervandum, ſed ſtatim crucibulo immiſſum igni fuſorio tradendum eſt, ſic ſpatio quadrantis horæ perſpicuitatem (quam ſubinde bacillo ferreo inſerto explorare poſſumus) nanciſcetur, qua apparente ſtatim effundendum eſt. *Secundo*, Antimonium Martem avide devorat, itaque

sublima per se, in aludele, per decem au
duodecim horas *b*. Floribus collectis capu
mortuum tere: & ad rubedinem, mensis
spatio, reverbera: vase ita occluso, propte
cineres: ut ignis in operatione sua ne impe
diatur. Post calcinationem tincturam *d* a
ceto radicato elice: & filtratione, menstru
separatione, & circulatione cum aqua cor
dial.

---

dum Antimonium liquatum est in igne
quantum possibile, brevissima mora fer
reis instrumentis tractetur; Quod si etian
illud ferreo vase calcinares, non vitrum se
scoriam & regnum efficeres. Item si i
crucibulo ex scoriis ferri parato funditu
undique id terebrat, & in scorias conver
titur vitrum. *Tertio*, Sulphur crudum An
timonium egregie purificat, itaque s
(quod aliquando accidit) ejus vitrum
ad perspicuitatem reduci nequit, injicia
tur illi in crucibulo, dum fluit, aut liqua
tum est, frustulatim aliquid sulphuris citri
ni crudi, quod Antimonium illico depu
rabit, & perspicuum reddet vitrum.

ali, ulterius elabora. (Hæc operatio fie- etiam poteſt abſque ſale *a*; & quidem ›atio quadrantis horæ, interim autem, ım priorem etiam bonam eſſe, expertus m: dedi eam in publicum fideliter & abſque ıco.)

a Tantillo ſpacio non abſolvitur.

b Vel etiam plures, igne neque nimis lento, eque nimis intenſo.

c Philoſophici ſcilicet, qui conſtat 40. *diebus.*

d Melius ex ipſis antimonii floribus, quam apite mortuo extrahitur tinctura nobiliſſima.

Mer-

---

a Imò certe hæc operatio omnium eſt optima, quæ ſine ſale addito fit, licet non quadrantis horæ ſed trium quatuorve horarum ſpatio fiat. Inſtituimus eam ſic: *Antimonii credi* pulveriſ. v. gr. ℔ß. imponimus ollæ vitreatæ amplæ, eamque carbonibus ignitis paucis tamen nec adeo fortē calorem præbentibus imponimus, continuo ſpatula materiam hanc movendo, quapropter ubi liqueſcere & conglomerari vides ab igne removendum parum eſt, mox iterum reponendum, donec Antimonium in pulverem cinericei coloris converſum fuerit. Quod ſi autem infortunioquodam liqueſcendo conglomeretur Antimonium, pulveriſandum id quod conglomeratum, & de novo calcinandum modo dicto.

Mercurius vitæ, sive pulvis emeticus. †

a Recip. *Antimonii a pulverisati* uncias quatuor. *Mercurii sublimati* uncias *b* octo. Misce simul: *c* & destilla in cineribus, *d* per retortam vitream: cui applicetur vas recipiens, aqua communi semiplenum. Detur postea

a Operatio quidem hæc authoris quam adhibet pro confectione Mercurii vitæ per se haud inconveniens est; siquidem is solus expetatur, sed cui volupe est & Bezoardicum minerale de quo in sequentibus, simul & una opera parare, consultius ipsi longe est Butyrum Antimonii per se parare; quod effici potest hoc modo. Recip. *Antimonii purissimi* ℥iij. *Mercurii sublimati* ℥iv. sigillatim pulverisata exactè misceantur, atque post, cum per noctem ita steterint, ex retorta vitrea cui recipiens commodum conjunctum sit, quod volumus esse retortam aliam, destilla ex arena. Igne primi gradus exit phlegma, quo exstillato auge ignem ad gradum secundum, & egredietur liquor butyrosus, inter glaciei, ubi frigefactus concrescens, calore facilè resolubilis. Qui ut egrediatur sufficenter, suppressionis ignis

ostea ignis, per gradus : donec liquor gum-
iosus, instar butyri, extillet ; aut si ad col-
im retortæ hærescat, fluxum ejus , apposi-
o *e* carbone vivo *f* promove:& in aquam,
i pulverem album præcipita;aut quod com-
nodius, destilla liquorem gummosum , ex
retor-

---

caute & gradatim dandus est, hoc est carbones arenę qua retorta superius tecta est, imponendi, imò siquidem in collo hærere observetur, ne illud obstruat, carbo admovendus est, quo liquefactus defluat. Cautè dixi ignem suppressionis dandum esse,quia alias siquidem nimis fortis is admoveatur,cinnabaris,in colloretortę colligitur ex eo liquore,& nil butyri.Facta butyri extractione, rectificationem ejus institue ex retorta ea in qua receptum fuit per ignem moderatum arenæ.

Vsus hujus butyri est,ut inserviat præparationi mercurii vitæ, de quo supra,& Bezoardici mineral. de quo mox.Imò & externè perse usurpatur in putredinis partium gangrenatarum ablutione, si pars eo illinatur. Ex hoc quo ratione Bezoardium minerale parari debeat in seq.videbimus.Mercurius autem vitæ exinde fit sola aquæ affusione, unde fit ut principitetur albissumus pulvis, præcipitatus pulvis modo ab authore hîc præscripto edulcorandus & servandus.

retorta, in excipulum absque aqua: eumque aliquoties, antequam præcipites, rectifica ❧. Hinc paulatim detur ignis *g* suppressionis: donec liquor rubeus *h* egrediatur. Tum amoto recipiente, & alio substituto, ignis intendatur, per horam unam vel alteram *i*. (imò sesquihoram tantum, nisi carbones perdere & tempus inutiliter terere velis) donec Cinnabaris *k*, ad collum retortæ, sublimetur: quam vase refrigerato colliges. *l* Præcipitatum pulverem per noctem digere: & aquam spiritu victrioli, ex sublimato, impraegnatam; ad corollos & perlas dissolvendas *m* separa & serva: aliam aquam sæpius præcipitato pulveri affundendo, donec omnis

---

❧ Quod si aquam in recipiente non admittas, ut nos fecimus, nec præcipitatio butyri hujus in pulverem album in eo fiet; ac proin ubi hoc non est factum, sed Butyrum ♀ per se confectum est ut præcipitatione ex eo fiat Mercurius vitæ sic procedere convenit: R. *Butyri antim.* præscripto modo confecti & rectificati q.v. ei affunde *aquam calidam*, ac statim præcipitabitur albissima materia instar lactis coagulati, facta hac præcipitatione omnia confundantur, Filtenturq; filtratus liquor pro Aqua Mercuriali aut Philosophorum servetur, pulvis vero in filtro residens aqua fontana lavetur, siccetur, serveturque.

nis acrimonia tollatur: tandemque aqua ›rdiali *n* ablue; & lentissimo calore exsic- ı *x*. Quod si vis, ut hic pulvis per inferio- : tantum purget, tere ipsum cum sale com- ıuni: postea lava & sicca. Dosis, in robu- ioribus, est granorum trium, quatuor, quin- ue ad summum; in debilioribus, duorum, in ilulam unam redactorum, aut in pauxillo a- uæ destillatæ per noctem infusorum, & per nteum colatorum, aut in pomo cocto, vel onserva rosarum. *o*

Usus. Pulvis hic emeticus omnes febres *p* ıtermittentes domat: pestem item, luem eneream, *q* lepram, *r* hydropem, *ſ* ul- era, & similes affectus graves. Atque de Iydrope quod dico, ne quis in dubium vo- et: D. Vauterius, Montispeliensis Medicus, ımicus meus intimus, & Ego, duos, in hac ırbe, satis notos, quartanarios hypropicos, ı præcipuis Medicis derelictes, mortique ıdjudicatos, dextro pulveris hujus emetici ısu, hac ipsa hieme pristinæ sanitati restitui- nus.

† *Vocatur & pulvis angelicus, item pulvis Algorethi: Victorius enim Algorethus, Medicus & Physicus Veronensis, id nominis ipsi dedit. Alias & Aquilæ albæ nomine venit.*

a Fusi.

b Nonnulli, ut Crollius pag. 130. *summum utriusque ana.*

c Terendo in marmore; sed cavendum est à fumo, qui inter terendum elevatur; est enim à sulphu-

sulphure antimonii & sublimato ipso venen sus.

d Melius in arena.

e foris.

f Paulatim. α

g Qui fit carbonibus vivis super arenam, retortam tegentem, positis, s. accensis.

h Luteus potius.

i Vel etiam per horas octo, auctiore in fi igne, donec aliquandiu capella cum vasa retort canduerit. β

k Ex utroque enim & sulphure antimonii & mercurio sublimatò, conflatur cinnabaris.

l Cinnabarim semel atque iterum, per retortam angustioris colli, ex arena sublimando recti fica

---

α Et liquor hic Butyrum antimonii dicitur quod quo in suos usus purius haberi que est, rectificari potest, si retorta in qu continetur arenæ imponatur, & igne pri mò leni mox validiore extrahatur insta olei alicujus crassioris, clari tamen & purc exstillantis.

β Sedulo itaque cavendum ne in initio ignis mox adhibeatur nimius.

γ Operatio hic hoc modo procedit. Primò spiritus mercurii se conjungit cum essentia antimonii, & hinc Butyrum; reliquus spiritus miscetur cum sulphure antimonii, & hinc Cinnabaris.

a, & in pulverem reduc, & habebis cinnabam diaphoreticam.

m Non item; sed altioris & præstantioris us est liquor hic acidus, quem recte philosophim appellare licet.

n Vt betonicæ, buglossæ, meliss. cinamomi &c.

o In phiola vel mortario.

p Vide Crollium pag. 131.

q Sic Mercurius hic vitæ, cum sit emeticus, podest febribus; longe scilicet ante paroxysmum exhibitus, sed non quibuslibet, neque indifferenter is cunctis est exhibendus. Operæ precium aque est, ut diligentius natura patientis consideretur, an nempe ad vomitiones ferendas habilis sit, nec ne. Quod si ad vomendum minus dispositus sit patiens, hoc specificum potius intermittendum, & ad alia recurrendum, quam temere periclitandum.

r Lues ♀ Fundamentum collocat in Mercurio seu argento vivo recte riteque parato, qui verus & unicus est ejus ἀλεξίκακος & εἰδίτου, quicquid contra blaterent mirabilis & divini medicamenti osores & rosores.

ſ Vbi probe observandum, quod in singulis hydropis speciebus semper ab aperientibus, per alvum, nunquam à diureticis, cura incipienda. Secus enim colluvies ventris tota ad renes confertim quasi coacta, summam difficultatem parit. Quocirca purgantia universalia ante omnia præmittenda, inter quæ non infimum tenet locum mercurius hic noster vitæ, cujus dosis a gr. iv.

gr. iv. ab initio, postea auctiori usque ad 12. *aliquot dies continuos, præsertim in hydrope co firmato, stante tamen adhuc virtute ventri li, maxime prodest. Qui in hoc casu nullos ger rat vomitus, sed tantum per inferiora mov Ideoque non immerito autor scribit eum prod se in hydrope.*

Adde etiam id arthritide, cujus in hoc ca virtutes admirandas venerandus senex, Jac bus Mosanus, *aulæ Cassellanæ Medicus celebe rimus, satis deprædicare nequit.*

Cautiones, in exhibitione Antimoni & similium vomitoriorum, scitu maxime necessariæ.

I. Vomitu ii purgandi sunt, qui facil vomunt, stomachum fortem habent, ampl sunt pectore, capite firmo, ad vomendum adsueti, & quibus materia morbifica sursum fertur.

II. Picrocholi, & qui à Medicis πλευγώδεις appellantur, imbecilles viribus, quique difficulter vomunt; item, qui obnoxii sunt cephalalgiæ, hæmorrhagiæ, oculorum suffusioni, pulmonum morbis, lipothymiæ, & uteri suffocationi, non temere, quod Pseudochymici & empirici factitant, & sæpe de alieno corio audacter & scelerate ludunt, ad vomendum concitandi.

III. Exhibiturus antimonium, aut simile vo-

vomitorium, accurate consideret circumstantias, ne quid nimis, minusve: ut tempore: quid præmittendum: quid post faciendum.

V. Tempus vomitoriorum exhibendorum oportunissimum est, Luna crescens. Tum in humores luxuriantes, & turgentes, tutius facilè per vomitum excluduntur.

VI. Vomiturus calide se contineat, & capitis pannis vitalia foveat: ne à refrigeratione mina, ut sæpe fit, oriantur.

VII. Cerevisia non exhibeatur mox, à vomitorio assumpto, sed demum, ubi æger bis terve vomuerit. Alias ea vini vomitorii vim obtundit, non promovet.

VIII. Cum materia probe est commota; amara jam prodeunt: copiosior cerevisiæ potus exhibendus; & sub finem tandem, ad stomachum eluendum, & quod restat pravi, abluendum, copiosissimus.

VIIII. Sit autem cerevisia tepida, hæc enim nauseam movet: non calida, qua ventriculus delectatur: nec vinum, quod fœtorem tincturam attrahit, eique, per totum corpus, pro vehiculo est.

IX. Prodest jusculum superhaustum acidum; modo oportune id offeratur. Acida enim omnes reliquias ad inferiora præcipitant & deturbant.

X. In biliosis naturis, vomitus bilis ultro prodeuntis non statim inhibendus; nec permittendum, ut ea commota rursus resideat

deat & colligatur, sed quotidie pars ej aliqua educenda, aut repetito vomitorio, s mitiori; aut purgantibus; aut diureticis pr cipitantibus, non volatilibus, aut spiritu sis, sed acidis; aut salibus, vino item al sinthite; aut infuso ex absinthio, cuscut carduo benedicto, sena, rhabarbaro, centa rio.

XI. Non superdormiendum vomitorii præsertim corporibus existentibus bilios ne per somnum bilis in cerebrum feratur. bi tamen æger satis vomuisse visus fuer somnus concedi poterit.

XII. Cum vires à vomitu fatigant confortationis gratia, vinum calidum, cu aliquot guttis olei caryophyllorum, in li teis, ad ventriculi fundum, tepide adpor tur.

XIII. Post vomitus, confortantia, requ runtur, præsertim acida. Imprimis vero co fert coralium fermentatum, cum rosaru conserva mixtum.

XIV. Æger per intervalla cibetur cru panis superiori tosta, & macerata, per qu tam horæ partem, in vino, jure aliquo, a cerevisia, quæ ferè ob bilem melior, nu moschata, & cinamomo inspersis.

Caut.

utiones , à Crollio , in basilica Chymica pag. 31. 35. & 36. traditæ.

Prima est , quod in usu antimonii caven[...]n, nec adsint constipationes *a*, colici do[...]es, neve unum principalium membrorum [...]uni sit.

Secunda , ne in iis *b* quibus antimonium [...]rtur ; vel ante , vel post ejus assumptio[...]n vena incidatur.

Tertia, ne picrocholis , & iis , qui difficul[...]vomunt, ac qui viribus imbecillibus sunt [...]diti , offeratur : sed iis , qui ad vomitum [...]clives , stomachum fortem habent, thora[...]n amplum & latum , quique vomere alias [...]t adsueti , & quibus humorum materia [...]um fertur.

Quarta, quod,ubi sese vomitus movet,ex[...]eri soleat offa, aut jus pisorum leviter co[...]tum , vel gallinarum pingue , aut calidæ [...]visiæ haustus, reiterando, si opus aliquo[...], ut facilius vomatur, & medicamenti ac[...]eretur actio.

a Alvi scilicet.

b In Canone 2. Crollii nullam videmus ratio[...]n, quamobrem is post exhibitum antimonium [...]am aperiendam dissuadeat : nec enim metus [...]s esse potest ullius heteropraxeos , prudenti [...]dem medico valde indigna, etiamsi, necessitate requirente , post antimonium sanguis mittatur.

tatur. Imo sunt, qui nullis aliis, quam ant monialibus purgantibus utantur, sæpe tamen a iis incisiones venarum admodum salubriter a instituuntur. In pleuritide exquisita, item in f bribus tertianis intermittentibus, post aqua benedictam, quæ ex Croco metallorum antim niato fit, exemplo Mart. Rulandi Patri vel ducenties venas se incidisse; nec uspiam scopo aberrasse, testatus est coram celeberrim Hartmannus. Huic commode annumeratur u tima regula Crolli, pag. 136. *quæ in peste uni est observanda.*

Hepar Antimonii, sive Crocus Me tallorum. †

Recip. *antimoni crudi* lib. *a* unam: *sa petræ* uncias *b* duodecim. Misce, & trita in pone mortario ferreo, ad latus *c* posito. D inde adhibito carbone *d* vivo, pulverem a cende: Ita antimonium figetur, & arsenica suo sulphure spoliabitur. Tandem sal petr separa, & hepar *a* relictum edulcora.

Vs

a Hepar antimonii hoc dicitur, quod Crucibulo hæret post combustione conglomeratum, formam scoriarum qu abjiciunt fabri ferrarii referens, nec ex eximi potest, nisi frangatur Crucibulu

I

Usus. Exhibentur ejus grana duodecim, ad viginti, in infusione aquæ carduibenedicti, vel alio convenienti liquore, vel cum conserva aliqua, in omnibus febribus, etiam pestilentibus, & similibus affectibns, in quibus ἄνω καὶ κάτω leniter simul purgare voles.

† *Hepar dicitur, quia hepatis vitulini, aut alterius animalis, colorem refert.*

Crocus appellatur, quia pene colorem croci adhuc in flosculis suis subrubentis refert; metallorum vero crocus dicitur, quia communi opinione Hermeticorum receptum est, magnesiam illam

L

...t autem ex hepate hocce antimonii Crocus verus metallorum fiat, hepar hoc ex crucibulo fracto sumptum plverisetur, pulvis aquæ calidæ aliquoties affusæ q. s. debite edulcoretur; aquam edulcoratoriam vitro quodam asservando pro confectione lapidis prunellæ antimonialis de quo mox; edulcoratione rite facta, stent ita per noctem ut subsideant depurata, quæ per inclinationem effusa aqua lento igne exsiccentur, & pro Croco metallorum vero serventur.

...us ejus haud satis depredicandus in purgatione corporis à crudis lentisque humoribus maximè in prima ejus regione hærentibus, consecutione tamen quoque, qui in

lam Saturni, quam ajunt esse antimonium, (quod tamen non est) esse ens & radicem omnium metallorum. Hinc metallorum crocum Martinus Rulandus Pater etiam vocat Terram sanctam.

b Vel etiam recipe utriusque ana.

c Inclinato.

d Commodius spatula ferrea ignita circumagendo semel. Vide quæ habet Rulandus Cent. 5 curat. 95.

Ali

---

in locis remotioribus stabulantur, unde in ventriculi, mesenteriique ab ejusmodi saburra repletione, ductus pancreatici obstructione, hypochondriaca affectione similibusque affectibus laudabiles præbe successus. Dos. in subst. ad ℈ij. in infus ad ℈i xij.

Lapis Prunellæ antimonialis de quo modo egimus, sic conficitur. Recip. *aquam han* quam in edulcoratione Croci metallorum aut antimonii Diaphoretici, de quo mox decantasti, eamque lento igne evapora a tertiæ partis remanentiam, hinc in cellar frigidiorem repone pro crystallisatione vel evapora ad remanentiam ficcioris materiæ, & habebis lapidem dictum. Cuju usus idem qui lapidis prunellæ propriè si dicti, licet rarissimus.

Alia stibii calcinatio, plerumque per inferiora tantum purgans.

Recip. *Antimonii electi a, Salis decrepitati,* ana lib. unam: Trita, & simul mista reverbera *b* in crucibulo, probe lutato *c*, per duodecim horas, ignem paulatim augendo. Vase refrigerato, toties aqua dulci ablue, donec omnis acrimonia tollatur. Postea exsicca & *d* tere. Dosis viginti quinque granis ad triginta quinque *e*.

a Quod fusum habet strias longiores & splendidiores.

b Igne rotæ.

c Superne bene clauso.

d Cum sale decrepitato aliquandiu in marmore tere. Tandem salem per aquam dulcem remove, & pulverem sæpius eluendo edulcora, post pulverem exsiccatum ad usum reserva.

e Potius à scrupulo semis ad scrupulum integrum.

Huic antimonii calcinationi sequens ejusdem præparatio, quæ simplex est, æquiparanda.

Recip. *Antimonii crudi* lib. unam, *Vini albi* lib. duas: teratur antimonium subtilissimè, ac vino misceatur, vitro bene cooperto. Stet dies triginta, in balneo, vel alio loco tepido, sæpiusque agitetur. Postea destilla vinum, pulveremque relictum aqua rosacea dul-

dulcorato: qui à granis 10. ad 30. exhiberi potest.

Quidam etiam antimonium, ut per inferiora tantum purget, ita parandum censent

Recip. *gemmam* vel *vitrum antimonii* ter in pulverem subtilissimum, in mortario vitreo; eumque *oleo vitrioli*, q. s. ad plene humectandum, imbibe. Hinc impone arenæ vel cineribus calidis in vitro aperto, donec siccus evadat: hocque vicibus quatuor reitera.

Dosis granorum duorum cum conserv rosarum, aut pilula una panchymagogi.

Regulus Antimonii.

Recip. *Antimonii, Salis petræ, Tartari*, an libram unam α, Tere, & misce, dein colloca crucibulum inter prunas accensas, ut candeat. Tum injice cochlear pulverum a, & statim operi, donec fumus cesset. Postea amoto cooperculo, novos pulveres injice, & claude, ad finem usque ita continuando Tandem da ignem fusionis, & crucibulum movi

α Vel Recip. *Nitri, Tartari* añ ℥vj. *Antimon.* ℥xij.

nove; ut regulus fundum petat α. Crucibulo frigefacto β, Regulum à fecibus separa & serva.

a Alii accipiunt libram unam antimonii, salis petræ uncias duodecim, tartari uncias octo, pulveris carbonum manipulum unum.

b Et detonabit, es wird verpuffen; *aut recipe nitrum ac tartarum in prædicta quantitate, detonent prius, tum pulverem misce cum antimonio pulverisato, & in crucibulo per se fiat regulus.*

Ex fæcibus autem hujus fit SULPHUR AURATUM *a* DIAPHORETICUM, hunc in modum: Recip. *feces reguli*, ut supra, præparatas, easque reduc in lixivium, per digestionem, vel ebullitionem γ, illudque calide per chartam emporeticam trajice. Huic lixivio δ frigefacto, adde parum *aceti destillati*; &

α Hoc est, ubi omnem pulverem injecisti modo dicto, folle ignem auge, & tandem ubi materia omnis bene liquefacta est, ex igne crucibulum aufer, ac super lapidem aliquem aliquantum concute, ut regulus fundum petat.

β Fractoque.

γ Hoc est, pulverisatas scorias dictas in aqua pura calida digere, aut quod præstat, coque, donec solutio earum facta fuerit, liquorem hunc, ut & author dicit, filtra.

δ Filtrato ac

ti; & videbis *a* paulatim fundum petere. Lixivium per inclinationem ſepara, crocumq; reiteratis multis ablutionibus dulcoratum & ſiccatum ſeorſim collige, & ad uſum ſerva.

Vſus. Hic inſigne eſt ſudorificum, & ſanguinis mundificativum, multis morbis depellendis aptiſſimum, ſi in convenienti liquore exhibeatur. Doſis à ſcrupulo ſemis ad integrum.

Lixivium è fecibus Reguli, cum aqua communi paratum, & ſupra prunas effuſum prodeſt fœminis, obſtructione menſium laborantibus, vapore ejus, per infundibulum in uterum recepto. Sæpe enim fit, ut ab ejus uſu, antequam hora effluat dimidia, menſes hac ratione proritentur. Sanat etiam ſanguinis ex acrimonia herpetes & ulcera ſerpentia ſi eo inungantur. Atque adeo hoc remedio, i Argentinenſi quodam, herpetem ejuſmodi, capite, ad lateris regionem uſque, ſeſe extendentem, cum omnium ſtupore, Korndorfferus percuraſſe dicitur. Interim tamen complexionibus bilioſis non adhibeatur: niſi partes vicinæ muniantur. Violenter enim agit

a Hujus meminit Quercetanus, in Pharmacop. in 4. pag. 245.

Regulu

a Crocum auratum diſpergi inſtar granorum per aquam, &

Regulus Martis ſtellatus.

Recip. *apicum clavorum equorum* a lib. ſemis, *antimonii* lib. unam. Candefac *b* Martem in crucibulo, cui adde antimonium tritum, & cooperi, dando ignem fuſionis *c*. Poſtea injice per vices uncias duas *nitri*, ad comburendum antimonii ſulphur. Quod ubi deflagravit, exime ollam ex igne, & effunde omnia, in catinum triquetrum, atque aquam frigidam ſuperfunde. Sic maximus ſtrepitus & effervefcentia excitabitur. Hinc Regulum ſeparatum in crucibulo funde, & adde unciam unam nitri per vices, ut ſupra, & projice in conum fuſorium *d*, Hoc quater, quinquies *e* vel ſexies repete, donec ſtella ſuperius in Regulo conſpiciatur. Accipies uncias undecim Reguli ſtellati.

a Vel quoſvis clavos ferreos, ſo von zehem eiſen ſind.

b Hoc eſt, da clavos in crucibulo, à ſcoriis ſeparatum denuo.

c Martem fluidum reddit antimonium, qui ſane omnimodus fluor ſpatula ferrea explorari poteſt.

d Antea paulatim excalefactum, & ſebo vel cera intus illitum, marginem coni fuſorii ſuperiorem levibus ictibus malleo tunde, donec requieſcens ad fundum regulum mittat.

e Stella in hoc Martis regulo ſolida quarta

ad summum fusione fit; quod si non hac, nec sequentibus continget, certo statuas, te non ad amussim in prioribus rite progressum esse.

Nota. *Regulus Martis stellatus felicius succedit cœlo sereno, & Luna crescente, alias enim vix superius stella videbitur* α.

Antimonium Diaphoreticum β.

Recip. *Antomii, Salis petræ*, ana libram unam. Pulverisata simul misce, & pone crucibulum *a* inter accensas prunas, ut candeat. Tum, injice uncias duas, aut circiter

---

α Videatur Brendelius.

β Arridet nobis maximè hæc operatio. R. *Hepatis Antimonii* de quo jam supra egimus, hoc est, materiæ illius quę in crucibulo hæret pro confectione Croci metallorum, & *Nitri* añ ℥j. pulverisata exactè misce, sensimque in crucibulum aut quod præstat ollam vitreatam amplam & humilem, prius igni impositam & jam calefactam, cochleari insperge, qui ubi fundum ollę attigit, mox ignem concipit, & strepitum aliqualem edit sicque illico in pulverem mutatur, hac ratione procede pedetentim, usque dum omnem materiam pręparatam injeceris & in album ejusmodi pul-

er, hujus mixtionis, & ſtatim crucibulum
peri, donec fumus & ſtrepitus ceſſet. Poſtea
moto operculo, novos pulveres injice &
L 5 claude

pulverem calcinaris dicto modo. Hoc facto ſtet ſic olla in igne per aliquod temporis ſpatium; poſt ab igne remove, quo frigeſiat, hanc calcinatam materiam exime, pulveriſa & cum æquali Nitri quãtitate mixtam crucibulo igni impoſito & candefacto inſperge ut antea, modoque dicto procede, materiam liquefactam effunde in mortarium purum æneum, quæ in eo concreſcit illico, concretum ubi refrigeratum exime & pulveriſa, eiq; in olla ſatis capaci aquam communem affunde & edulcora convenienter. Edulcoratam ad ſolem aut ignem lenem exſicca, tere, & ſerva. De hoc Antimonio Diaphoretico erudite *Zwelferus* com. in Auguſt. Pharm. pag. 799. ubi inquit

Antimonii Diaphoretici præparationes inſigniter variant, quidam additâ ſ. q. *Nitri*, una duntaxat calcinatione contenti ſunt, nonnulli duabus, utplurimum vero tribus calcinationibus rem abſolvunt, ſemper addito *recenti Nitro*, Alii, *Tartarum* commiſcere ſolent, ſed in pauca quantitate, ex gr.

R. *An-*

claude, ita ad finem continuando. Tadem d
ignem liquefactionis, ad horæ quadrantem
Vase refrigerato, materiam exime & tere
miscen

R. *Antimoni crudi libram unam*,
Nitri puri libram semis,
Tartari albi uncias tres.

Mixta hæc & in pulverem redacta detonant paulatim nimirum, & per vices, mixturam prunis ardentibus crucibulo injectis in spergendo, hanc detonationem ter reiterant, addita semper *relicto Antimonio*, eâdem quantitate *recentis Nitri & Tartari* tandem edulcorant aqua simplici. Edulcoratum & exsiccatum pulverem albissimum crucibulo immissum, duabus vel tribus horis igni committunt, ad majorem fixitatem & vim adstrictivam ipsi conciliandam. Quem modum & ego mihi commendatum habui, & plurimum in peste aliisque morbis contagiosis *hoc ipso Diaphoretico* præstiti ad drachmam integram exhibito, quo & ipse in mediis lui pestiferæ flammis constitutus, per Dei gratiam liberatus fui. Additionem *Tartari* non inutilem censeo, propterea quod ejusdem *Sal* non parum faciat ad exactiorem *Antimonii* resolutionem, licet tantillum

miscendo, ut supra, cum ana *salis petræ*, eodem modo calcinando, & elaborando, ut supra *a*: Materiam tritam, & ablutionibus dulcoratam, reverbera in vase terreo clauso, viginti quatuor horas, donec pulvis fiat candidus, cujus Dosis gran. quindecim *c*.

L 6 *a Ma-*

---

tillum de *cineribus Tartari* ipsi cohæreat. Si in tertia detonatione albedinem non acquisiverit (quod vitio *Antimonii* non admodum bonæ notæ existentis contingit,) etiam quarta calcinatio repetenda est, sed tertia, & si opus est, etiam quarta detonatio in crucibulo ignito vel candente fiat: *Sulphure* enim Antimonii inflammabili jam maxima ex parte consumpto & fixato, haud promptè postea accenditur mixtura, nec uti prius detonat. In edulcoratione partes crassiores, quæ fundum cito petunt, relinquantur in residuo, & abjiciantur, solo reservato pulvisculo illo, qui leviter commotus aquæ innatet.

Melius hæc calcinatio fit in olla plani fundi, vitreata, ampla, quam in crucibulo, ubi & cochleari hæc materia per ollam dispergenda est.

a Majus.
b Aqua calida.
c Ad scrupulos duos *α*.

Aliud, quod Bezoarticum mineral appellant.

Recip. *spumæ venenatæ duorum draconum* sive *butyri antimonialis*, vel *liquoris gummosi* ex Antimonio crudo, & Mercurio sublima destillati, semel rectificati, uncias quatuor His calore resolutis, superfunde *a spiritu salis balsamici*, seu *spiritus nitri*, uncias totidem. Destilla *b* ex arena omnem liquorem ad siccitatem usque. Terram *β* exime, & probe tere, eique liquorem destillatum, reaffunde, cum unciis duabus spiritus recentis balsamici, & destilla, ut prius, Huic pulveri trito reaffunde liquorem destillatum cum aliis unciis duabus, ut supra: & procede rursus, u

α Deobstruens egregium est, sanguinem purificans, putredinem arcens, malignitatem expellens, Dosis ad ℨß.

β Terra hæc dura quidem est, non tamen quasi fusa in unam massam æqualem coloris ad flavedinem vergentis.

γ. iterata & reiterata hæc operatio vix necessaria imò supervacanea est, sufficit unica & simplex.

ut prius. Madidam tritam trade Vulcano docimastico *c* examinandam, per aliquot horas, materiam continue agitando rudicula ferrea pura. Tandem eam, alcohol vini ab ea aliquoties abstrahendo, rectifica, ut remaneat pulvis siccus & candidus.

Usus ejus singularis est in omnibus affectionibus pestilentibus, & febribus malignis popularirer grassantibus. Eas enime centro educit & evellit, sudores potentissime movendo *d*. Exhibentur ejus grana quatuor, quinque, sex, in extracto angelicæ, vel infunditur in aqua Carduibenedicti vel Ulmariæ, aut, adjectis aliquot granis salis absinthii, & camphoræ essentia, propinantur in aqua theriacali, horis decem ab infectione, dosisque reiteratur, ubi opus. In erysipelate capitis etiam curando promptissimum est remedium.

a Potius in spiritum nitri oleum istud Mercurii sublimati & antimonii, in majusculo vase, guttatim injiciendum, ne nimiæ ebulliones jacturam faciant spirituum, magna vi inde erumpentium ✱.

b Per cucurbitam cum alembico.

c Id est, in furno probationis, supra catinum probatorium.

d Præ-

✱ Quamprimum enim confusio fit horum duorum spirituum, summa

d Præmissis tamen præmittendis necessarii. Vide quoque Crollium, pag. 155. 156. & 157

† *Hoc Dn. Hartmannus, & ab eo Quercetanus*, in s. pharmacop. pag. 109. in 4.to, *vocant Bezoarticum minerale, minus vero convenienter ab authore hic, & Crollio*, pag. 185. *vocatur antimonium diaphoreticum. Ut enim hæc appellatio præcedenti competit antimonio diaphoretico authoris, ita huic minus æque. Ibi enim revera substantia antimonii fit diaphoretica per sal petræ, quod sæpius cum illo detonuit, hic vero nequaquam, butyrum enim, quod progreditur ex sublimato & antimonio simul junctis, Mercurius sublimatus potius est, nihilque accedit de antimonio, nisi quod hoc ipsius liquiditatem promoveat, neutiquam alias in hac forma progressuri, absque antimonii adjectione, nullo itaque modo ab antimonio, sed potius à mercurio sublimato, denominationem accipiet. Hic notandum, quod Bezoardicum hoc minerale longe antecellat bezoar animali, sicut id expresse fatetur Dn. Crato*, in Epist. medicinal *dum inquit: Lapis bezor animalis in febribus pestilentialibus nobis nil profuit, quod sane de hoc minime pronunciandum.*

Bezoar-

---

ma exoritur effervescentia, ac ebullitio cū fumo gravi, copiosissimo, sedulo vitando, qua ebullitione facta habemus liquorem instar rubini in vase præcipitatorro, quod hic capax satis requiritur.

Bezoarticum Solare.

Pone in matracium colli oblongi, *Spumæ duorum draconum*; *bene rectificatæ*, uncias duas. Liquefac illas igne moderato, & *spiritu salis sulphurei* uncias totidem paullatim superfunde, cumque prius drachmam unam *auri fini* dissolveris, in *aqua Philosophica*, quæ bis destillatione, ad aurum tanto magis aperiendum & attenuandum, abstrahenda, aurum deinde, tertia vice, in nova aqua dissolvendum, effundendumque super primam liquoris gummosi destillationem, quæ clara esse debet, & subrubicunda, ac in parvam cucurbitam ponenda, atque omne id, quod egredi potest, in arena destillandam. Dein rursus aliæ duæ spiritus salis sulphurei unciæ superfundendæ, & in sabulo, ut prius, destillandum, dando ignem magnum, circa finem, ut terra, quæ in cucurbitæ fundo manet, bene exsiccetur. Hæc postea in crucibulum ponenda, & inter carbones, per horam, ad ruborem usque ignienda.

Usus. Dosis est à sex ad decem grana, & quia cum tempore virtus ejus exspirat, quo antiquius est, eo magis dosis ejus augenda. Singulare est remedium in lue Venerea, peste, podagra, hydrope, febribus & aliis morbis, quibus sudorum provocatio necessaria.

Bezoarticum Lunare.

Diſſolve *Lunam* in *ſpiritu ſalis petræ* (ſicuti capite ſequenti 17. monſtrabitur) ut pondus ejus bene augeatur: deinde eâ in aquam viſcidam, per digeſtionem, redactâ, funde unam ejus partem ſuper decem partes *liquoris gummoſi, bene rectificati* liquefactique, & ſuper hac mixtura ſpiritum *ſalis petræ* bis aut ter deſtilla, dando ignem magnum, circa finem. Tandem hæc materia, in crucibulum poſita, per horam unam & dimidiam ignienda, atque ſuper ea, in pulverem redacta; ſpiritus vini comburendus.

Vſus. Doſis eſt à ſex ad octo grana, ad cerebri affectus, eſtque ſpecificum ad omnes morbos muliebres.

Bezoarticum Martiale.

Redige *Martis regulum* in pulverem ſubtilem, & miſce cum dupla quantitate *Mercurii meteoriſati.* Dein deſtilla, per retortam omnem liquorem gummoſum, qui ſpiritu nitri, ut dictum, fixandus.

Convenit omni fluxui hepatico.

Bezoarticum Ioviale.

Recip. *reguli Antimonii* unc. tres, *ſtanni Anglicani purificati* unc. duas, funde ſimul, & redige in pulverem ſubtilem, admiſceque duplam *Mercurii ſublimati* quantitatem, & ſecundum artem, *butyrum Antimonii* per cornutam deſtilla, quod rectificandum, & ſpiritu ſupradicto fixandum.

Doſis à duobus ad tria grana. Provocat ſudores ſatis copioſos.

Caput XIII.

De Calcinatione & præparatione Mercurii.

MErcurius eſt corpus minerale, compoſitum ex terra ſubtili, ſulphurea & aqua, arcte inter ſe commixtis. Subſtantia autem ejus terrea purganda eſt à craſſa terreſtreitate ſulphurea, aqua vero ab humiditate ſuperflua. *Duplex* autem eſt, naturalis & artificialis. *Naturalis* activus & ſumme depuratus, in *Almagro*, prope *Calatrava*, in regno *Caſtaliæ*, reperitur vivus, per ſe fluens, & etiam in cinnabari, unde ignis vi educitur. Hanc mineram antiquiſſimam Plinius vocat vomicam, liquoris æterni. Similis iſti reperitur in *Idria*, pago comitatus

tatus *Goriz*, in *Slavonia*. Sed *Hispanica* bon. tate excellit; quamvis Idriaca longe fertilioı Est autem admiratione dignum, quod, quam vis in vicinia Idriæ singulis ferè annis lue pestifera grassari, ipse pagus tamen ab ea im munis nunquam non manere soleat, id quo viri profectæ ætatis sese observasse, idemqu à majoribus suis accepisse, mihi, ante annc aliquot, eo profecto, sanctè confirmarunt. E quo satis apparet, Mercurium esse summuı omnis corruptionis & putredinis alexipha macon. Non minus & illud stupendum, prc digioque simile: quòd ibidem etiam notav Senex erat decrepitus, qui, toto vitæ suæ tem pore, in paranda cinnabari, consumto, pe petuo tremebat, & aureum nummum, man compressum, ita dealbabat, ut color ejus na tivus omnino dispareret.

Reperitur & alius mercurius in *Polonia*, i monte *Gimnavoda* dicto, sex miliaribus *Crocovia*, inter Tarnova, Ribe & Streletzky distante, qui sponte, certis anni temporibus usque ad terræ superficiem erumpit; præser tim vero autumnali tempore, quamvis etian circa festum Johannis Baptistæ, multa gra na, pisorum instar in radicibus graminum ibidem collegerim. Verum hic mercuriu nimis aqueus, & Sclavonico, ut & Hispanicc longe inferior. Invenitur etiam naturalis in multis alis locis, & interdum in auri & ar genti fodinis.

Artificialis, modo satis trito, & artificibu: noto

ito, per sales resuscitativo, id est, sal tartari, moniacum, & urinæ; tam ex mediis minelibus *a* quam metallis educitur *b* Quin in hac urbe, plures viros fide dignos, & præcipuæ auctoritatis, dignitatisque novi, ui non modo è mineralibus, & metallis; sed iam ex sanguine humano, prius calcinato, ex plantis etiam, mercurium vivum, ad ietallorum transmutationem elicuere.

Verum cum mei instituti non sit, de eo unc pluribus agere, nisi quatenus Medicinæ inservire potest, intra limites me contineo, & quia Mercurius Lunæ singulares prorietates & vires, ad perniciosos cerebri adfectus percurandos obtinet, non spero, me leum & operam perditurum, si Reipub. Iedicæ modum eliciendi dictum mercuium, eumque rite præparandi, suo loco oendam. Ita vibrantibus veræ experientiæ adiis, omnes vanissimarum rationum nebuas dissipabo, quas & ad transmutationem metallorum, & ad effecta mineralium, in are Medica salutaria obfuscanda, multi ex doctis, sed hac in parte, plane indocti offundunt. Equidem pro verè doctis eos haberem, i de iis rebus, in quibus docti sunt, judiium ferrent, nec stulte sibi imaginarentur, uod natura sibi in ipsorum cerebello, limies posuerit: Corœbi cujusdam aut Melidis, antecessorum suorum, falsa opinione, urpiter circumducti.

Novitæ

Navita de ventis, de tauris narrat arator,
Enumerat miles vulnera, pastor oves.

Solius Chymici, seu Philosophi naturalis nempe est, de ejusmodi rebus judicare. Absque solutione enim, quæ igne mediante perficitur, non plus, in naturæ operibus cernere possumus, quam talpa aut Tiresia aliquis. Sed videamus, quomodo *Mercurius* è *Luna* elici queat.

Recip. *lamellarum subtilissimarum Lunæ finæ* unciam unam. Scinde eas in parvas particulas, & dissolve in *aqua forti communi*, bene rectificata, dein abstrahe omnem aquam destillatione, & aliam super Lunam quater re affunde, unamquamque seorsim asservando ut ultima vice simul cohobentur, & tandem destillentur, sicut dictum. Hinc pone Lunam, ita reclusam attenuatamque, in matracium colli oblongi, & superfunde aceti destillati lib. unam, salis tartari unc. tres, *salis armoniaci sublimati* unc. unam semis, & claude è vestigio matracium, alio brevioris colli luto Hermetico interveniente, ne quid exspiret. Postea pone in ventrem equinum, aut ejus vicarium, per quinque aut sex septimanas; donec omnia bene bullierint, & parum de eo, quod in matracio erit, auri particulæ levissime affrictum, illam dealbet. Tunc vacuato matracio, humiditas exhalet, ad pultis spissioris consistentiam, cui admisceri debent tartari ad nigredinem calcinati unciæ quatuor, & destillari per retortam, adjuncto

uncto recipiente, aquæ semipleno, igne suppressionis, aut reverberii, clauso. Et sic habebis mercurii fluidi unciam semis, aut circiter.

Inter alias autem Mercurii species ille est optimus, cujus drachma, in cochlear argenteo puro, super carbones vivos posita, post evaporationem, maculam relinquit flavam vel albam. Sed qui cochlear denigrat, ita purgari debet, antequam ad usum medicum adhibeatur.

Recip. *Mercurii, Aceti destillati*, ana libr. unam, pone in matracium forte, cum manipulo uno *salis præparati*, & move strenuè, per horæ quadrantem, ut misceantur, & acetum denigretur, quod per inclinationem, cum mercurio, in scutellam vitreatam effunde, & toties aqua tepida ablue, donec omnis nigredo & salsedo separetur. Exsiccatum repone in matracium, cum aceto & sale, ut supra, eundem laborem ter quaterve repetendo, & tandem per corium trajiciendo.

Sed hæc vulgaris & imperfecta purgatio, sequitur perfectior. Recip. *mercurii præcipitati, cinnabarisati* vel *sublimati* part. unam, misce cum duabus partibus *tartari usti c* vel *calcis vivæ*, destilla per retortam vitream, igne suppressionis, vel in reverberio clauso, adhibito recipiente amplo, aqua semipleno. Ita accipies mercurium magis depuratum, quam modo præcedenti.

Aut sublima eum septies, totiesque revivifica,

fica, atque hac ratione, secundum Paracelsum, omnis nigredo, impuritas, & venenositas ab ipso aufertur.

Aut pone illum in cucurbitam, eique *spiritum vini* superfunde, & postea hæc simul diu concute, donec spiritus vini omnem nigredinem retineat.

Sed modus perfectissimus depurandi mercurium, & quo melior dari non potest, est ejus *d* amalgamatio, cum corporibus perfectis, destillando eum aliquoties, per retortam, singulis vicibus *e* feces terreas, sulphureas, fœtētes separando, & denuo amalgamādo, tandemque per corium trajiciendo *α*.

α Nobis omnium facillimus modus hic censetur. R. *Mercurii vivi* q. v. ei in vitro angustioris orifici contento adde primo aliquid *salis*, ut illud sua acrimonia feces extrahat mercurii, hinc vitrum aliquamdiu commove, tum adde acetum, perge vitrum agitare usque dum mercurius in fundo vitri instar pulveris observetur. Hoc facto effunde totum in ollam terream aqua plenam & præcipitabitur mercurius ad fundum in millena granula dispersus. Aqua decantetur, aliaque affundatur toties hoc repetendo donec aqua appareat pura, digis mercurium aliquoties cum aqua miscendo. Hoc facto mercurium ab aqua liberum linteo mollissimo puri comprime usque dum nil impuritatis ipsi adhæreat amplius.

a Vt Antimonio.

b Stanno, plumbo.

c Solum vel etiam cum calce, aut calcem vi-um solam sine tartaro, vel etiam utrumque.

d In regulo Antimonii essentialiter collectis, à ...o regulo cum mercurio à malgamato fit destil-...tio per retortam igne suppressionis.

e In collo retortæ, aut juxta fundum se colli-...ntes.

Præcipitatus Albus †.

Mercurius dissolvitur in *aqua forti*, & affu-...one *aquæ salsæ a* præcipiatur in pulverem ...lbum. Dissolvens per inclinationem effun-...itur, & præcipitatus, multis ablutionibus, ...um digestione, omni salsedine & acrimonia ...rivatur. Tandem exsiccatus aqua rosacea ab-...uitur, & rursus exsiccatur.

Dosis interius à granis octo ad decem, in ...norbis venereis *b* maximè, purgat per in-...eriora tantum *c*.

De hoc Palmarius, *lib. de Hydrargyro, c. 6.* ...a, Citra delictum; exhibent hunc circum-...oranei quidam circulatores, scelerati impo-...tores, non medici, ad luis venereæ dolores ...iuturnos, hydropem, quartanam, melancho-...iam hypaochondriacam, & ad ejus generis ...ffectus frigidos, idque quatuor sexve grano-...um pondere, ex ovi luto vel mithridatio & ...heriaca, ac statim, ut assumsit aliquis, ex u-...niverso corporis ambitu, omnis generis hu-mores,

mores, sursum ac deorsum, prorumpunt, sæpe tanto tamque violento impetu, præsertim si molle, effœminatum & languidum corpus fuerit, ut exhaustis spiritibus, fractisque viribus vel repente moriantur, vel, quo die sumpserit, sine viribus, sine pulsu, sine voce, jaceat mortuo persimilis. Os ejus contagione interdum inflammatur, ac gingivæ ulcera contrahunt putrida ac valde fœtida, fauces que plerisque ita intumescunt, ut ad multos dies nihil prorsus deglutire possint. Quin etiam nonnullis mens à sua sede dimovetur ut, exorta febre, phrenetici tandem pereant. Itaque à catharticorum censu, tanquam præsentissimum venenum, rejiciatur, ac publicis legibus exulet. Chirurgis tamen, in externorum ulcerum curatione, concedatur, velut & alia multa venenata pharmaca, quæ prudenter, vel sola, vel mitioribus, quæ vim eorum maleficam infrenent, temperata ac remissa magni in chirurgia sunt usus. In id autem sequens præcipitatus præstantior.

† *Communis dictus.*

a Frigidæ. Non autem opus est, ut sit marina, sufficit, si communis sal sit in aqua communi decoctus.

b Non tamen inveteratis.

c In convenienti vehiculo, pilularum modo exhibitus, & sine masticatione deglutitus, quia alias dentes lædit, ac ptyalismon movet, quæ observatio in omnibus præcipitatis exhibendis curiosè tenenda.

Præcipitatus Rubeus.

Post dissolutionem *mercurii* in *aqua forti*, iat evaporatio *a* ad siccitatem, igne forti, in fundo matracii hærebit pulvis rubens præcipitatus.

Usus. Sordes crassiores ulcerum & callos detrahit, hypersarcosin omnem strenue absumit, nullo aut exiguo dolore, præsertim si sæpius elotus fuerit aqua plantaginis, & reiccatus. Ideo sordidis, putridis, saniosis, callosis, serpentibus, atque aliis omnibus ulceribus, quæ vulgaria remedia contemnunt, & cicatrici obsistunt atque reluctantur, modo solus, modo aliis, quæ citra morsum siccare aut tergere possunt, mistus, utiliter adhibetur *c*.

a Aquæ fortis.
b Extremo loco administrato.
c Raro vel nunquam intra corpus sumendus.

Mercurius Præcipitatus optimus.

Recip. *Mercurii purificati* uncias 4. *olei sulphuris a rectificati* uncias 8. Misce & digere per duos dies in arena, deinde per retortam destilla, cum tribus cohobiis, ultimo igne vehementi, ut retorta candeat. Massam albam exime, & tere, & aqua destillata calida sæpius ablue, donec præcipita-

tum videas versum in pulverem flavissimum, super quem spiritum vini ter accendas.

Usus. Tuto & utiliter intra corpus exhiberi potest. Dosis à granis tribus, vel quatuor ad sex, in extractis purgantibus, vel conserva *b* rosarum. Utilis est *c* in gonorrhæa virulenta, lue venerea, elephantiasi quorum, uti & similium, affectuum venenum, specifica quadam virtute, extinguit retorridæque bilis & malignorem humorum ferociam domat & compescit, purificat sanguinem in podagra, hydrope; & in omnibus febribus continuis summum est arcanum.

† *Turpethum minerale vulgo dictus, quod apud Chymiatros nihil aliud est, quam artificiosa mercurii præparatio.*

a Per campanam facti, aut ejus succedanei olei scilicet vel spiritus victrioli. Videtur oleum sulphuris per campanam ideo assumi, quia magis fixationi inservit; sed æque sufficit ad hoc institutum oleum seu spiritus victrioli, ex mente autheris præparatus, estque pene unus, idémque spiritus, qui ex victriolo destillando fit, & qui e sulphure per campanam eluitur, ex eodem enim principio victriolato derivantur.

b Non commodum vehiculum hujus præcipitati sunt conservæ, quia citra masticationem aliqualem vix possunt sumi, præcipitati vero omnes masticati dentes lædunt.

c De usibus vide Crollium in Basilica Chymica, pag. 120. *qui etiam hujus operationis processum susius, & exquisitius, persequitur, &* beni

-ne exemptum pulverem in igne arenæ vehe-
entiori, in matratio, per octo dies digerit, quo, si
uid adhuc mercurii crudi cum fixo per mistum
it, sublimando separetur, & præcipitatus sit
utior.

Autor, pro vehiculo turpethi hujus mineralis, nter alia ponit extracta purgantia, potest autem ad incorporationem præcipitati pro extractis purgantium unice commendari præparatio scammoneæ seu diagrydii subsequens admodum bona. Recipe scammoneæ seu diagrydii quantum placet, v. g. drachmam semis, tere in pulverem, adde postea pauxillum (guttas quinque vel sex) victrioli olei, vel spiritus sulphuris per campanam facti, & guttulas tres vel quatuor olei anisi, tere (pistillo, oleo amygdalarum dulci illinito) fortiter, & evadet massa lenta instar picis, quam in magdaleonem redactam serva in vesica, quæ per plurimos annos inviolata servari potest. Ejus grana 13. vel 16. ad 20. usque, leniter sine omnibus torminibus subducunt alvum. Hujus vero diagridii præparati aliquid misce cum præcipitatis, certa dosi; pro incorporatione ad formam pilularum, poteris sumere tria vel quatuor grana diagridii.

Suaderem autem tonsores & balneatores nobilissimi hujus medicaminis præparatio Philosophica plane lateret, & ab usu hujus ut illegitimo se abstinerent, aut parum sibi contemperarent. Quot enim quæso, ejusmodi homines mercurio hoc præcipitato, non Hermetice præparato, præcipitarunt? Hinc Antarvetus opinatur,

 se

se Crœso ditiorem fore, si tot haberet nummos, quot mercurius præcipitatus sustulisset. Nec tamen propterea apud Medicos veros & prudentes præstantissimus ejus usus exolere debet; quamvis illud interdum male audiat, sed potius sentiendum cum magno Zvvingero, qui, in epist. medicinal. à Scholzio edit. epist. 258. *ita de hoc judicat*; Turpetho minerali utendeineps & audacius & felicius. Ii enim qui odio sectæ Theophrasteæ hoc & riden & insectantur, non tam in Chymistas, quam in Chymiam, Medicinæ famulam, multo antiquissimam, injuri sunt, & de ignotis judicium interponunt. *Vt & libavio*, in præfat. Alchym. *sic attestante*; *Illud cavendum est, ne audaculi imperiti in medicando id adhibeant, quod est Medicorum circumspectissimorum, exercitatissimorum, veluti si essentia e. sublimatio & regulo fiat, si flos ex antimonio, turbith ex mercurio, si laudanum ex opio, tu, qu imperitus es methodi medendi & imprudens nec tibi facile, nec aliis, horum permitte usum cum temeritate, utut semel atque iterum fort profis, plus tamen deinceps peccare possis. Nam nobiles medicinæ in manu temerarii homini sunt, ut culter, vel fax ardens, in manu pueri aut dementis.*

Alia Mercurii Præcipitatio.

Recip. *Mecurium* purificatum, & destillatum cum auro & argento, sicut supra, & pon

pone solum, aut amalgama cum auro & argento, dein præcipita in pulverem rubeum, modo qui sequitur. Accipe matracium parvum *a*, colli prolixioris, cui impone mercurii *b* uncias quatuor, deinde super lamina ferrea, id in arenam colloca, dando ignem continuum, per quadraginta dies. Collum matracii super arenam eminere debet, ad sex vel octo pollices, & primis decem, vel duodecim, diebus Mercurius, qui ad collum matracii ascenderit, debet aliquoties quotidie baculo ferreo, cui alligatus sit pannus lineus, ad fundum ignitum (ut Geber docet) detrudi *c* & præcipitari. Est autem hic modus præcipitandi mercurium non modernorum, sed antiquorum Philosophorum. Tempore finito, si quid mercurii crudi in matracio, repertum fuerit, separari debet, à pulvere rubeo.

Usus. Admirandas hic habet in medicina facultates, est enim catharticum præstantissimum, in lepra *d*, blande adeo alvum solvens, ut pueris & prægnantibus dari possit, acres humores mitigat, pituosos expurgat, calidamque ac siccam viscerum constitutionem emandat. Dosis gr. sex *e*. Ita Mercurius Lunæ solus præcipitari potest, ad Maniam, & alias cerebri affectione.

a Subtus loricatum.

b Præparati vel rectificati.

c Commodior fit operatio, si phiola vel matracium lateraliter, non sursum, positum sin-

gulis horis 12. *vertatur, ita ut superior eju pars cum inferiore commutata præcipitationen acceleret.*

d Et aliis fœdis ulceribus.

e Ad decem.

Alia.

Dissolve *mercurium* in *aqua forti*, & præ cipita, ut artis est, per exhalationem omn humiditatis, ut præcipiatus fiat rubeus. Pu verisatum impone matracio forti, superfui dendo *acetum ter destillatum*, ut superem neat ad altitudinem quinque digitorun dando ignem arenæ, ut acetum lente bullia per sex horas, & præcipitatus totus dissolv tur *a*. Dissolutioni *b* prius filtratæ, f perfunde liquorem anima mundi, id est, sa communi, imprægnatum *c*; & statim sep rabitur mercurius, à dissolvente, qui ablui exsiccari debet. Dosis à gran.4.aut 5.Purg benigne per inferiora.

a Nempe post aliquotas cum recenti aceto bullitiones.

b Calidæ.

c Vel spiritum vini, cui ad hunc usum si centuriari potest oleum tartari.

Præcipitatio mercurii in momento.

Smiridem a rubeam (hic enim color maximè solaris existimatur) *b pulverisatam* crucibulo impone, in ignem vehementissimum, per quatuor horas, donec quodammodo vitrificari incipiat, & lateribus crucibuli adhærere. Tunc ab igne ablatam, tere in pulverem subtilem, & matracio impone, Cui superfunde *aquam Regis* rectificatam, digerendo *c* per viginti quatuor horas, *d* postea per inclinationem, aquam tinctam effundendo, & aliam toties reaffundendo, donec omnem tincturam attraxerit. Depletiones ad oleaginositatem, *e* destilla. Hujus olei recipe unciam unam, effunde super uncias quatuor *f Mercurii g crudi*, sic mercurius in momento præcipitabitur *h* nec oleo adhærebit *i*. Tunc si destilletur igni satis forti, post olei exhalationem, aliquid de mercurio sublimabitur, major tamen pars manebit fixa k.

Ejus usus in augmentatione solis *l*, & vitrificatione rubicundissima *m*.

† *Vocatur etiam præcipitatus miraculosus.*

a Loco smiridis adhibeantur granata Bohemica tosta.

b Imo quo nigriorem, eo meliorem.

c *In calido.*

d Donec aqua regis impregnata fuerit tinctura smiridis subviridi vel subflava.

e Vt nimirum tantum tertia pars aquæ, tinctura smiridis imprægnata, restet.

f Potius duas vel tres.

g Bene purgati.

h In pulverem album.

i Hunc Mercurium, quia oleo non adhæret lento igne, in crucibulo candefac per horam unam, postea edulcora. Habebis Mercurium emeticum, sursum & deorsum leniter moventem, gran. 3. vel 4. Quod si igniatur horis duabus, per inferiora tantum purgat, ac si amplius horis scilicet 5. & 6. igniatur, fixissimus fit, & tantum sudores movet.

k Ipse vero præcipitatus manet rubeus; cui si mercurii crudi tantundem addideris, & in phiola ad ignem arenæ posueris, brevissimo tempore præcipitabitur, atque ita, per crebras additiones æquales Mercurii crudi, quantitas præcipitati augebitur.

l Augmentatio Solis per præcipitatum hunc miraculosum hoc fit modo. Recip. sulphuris communis duplum ad præcipitatum hunc miraculosum, tere & misce in marmore, liquescant in catino, liquata facile ignem concipiunt, quem permitte, donec sponte cessarit, relinquitur pulvis subflavus, qui in fluxu auri pedetentim eidem admiscetur.

m Si nempe eidem silicum calcinatorum pauxillum adjeceris, & igne violentissimo urseris solet enim tandem in vitrum rubicundissimum transire.

Præci.

Præcipitatus Diaphoreticus †.

Diſſolve *Mercurium*, *cum Sole vel Luna deſtillatum*, & *purgatum*, ut ſupra, *in aqua forti*, quam ex matracio colli prolixioris, cum alembico proportionato, abſtrahe, igne tertii gradus, cum bina cohobatione *a*, ut Mercurius fiat rubeus, qui edulcorari debet, calcinando in crucibulo, inter prunas accenſas, & continuo virga ferrea movendo, per horæ quadrantem aut circiter *b*, vel aqua ſequenti *c*. Recip. *aceti deſtillati* libras duas, *phlegmatis aluminis* libram ſemis, *calcis reverberatæ teſtarum ovorum* uncias ſex. Miſce, & deſtilla ſimul ad ſiccitatem. Hujus aquæ recip. libras tres, Mercurii ſuperdicti præcipitati libram unam: Miſce & digere per diem naturalem, poſtea deſtilla per alembicum, cum ternis cohobiis, ignem augendo, ſub finem, ut materia probe ſiccetur, quæ circulari debet, per diem naturalem, cum S. V. Poſtea deſtillatione ſeparandus ſpiritus, & denuo circulandus deſtillanduſque, & hoc quarto repetendum.

Vſus. Hæc vera Mercurii præcipitati præparatio ad infinitos morbos deploratos curandos utiliſſima eſt, maxime vero ad luem Veneream. Sive enim interius ſumatur, (quia tum ſudores copioſos prolicit) ſive exterius cum butyro, aut aliquo unguen-

guento, applicetur *d*, miris modis juvat.
† *Paracelsi.*

a Semper reaffusa aqua priori, sed cum uncia una atque altera recentis aquæ fortis fortificata.

b Disjunctiva non opus est, sed loco ejus ponatur postea.

c Debet scilicet figi.

d Dosis à gr. 4. ad 6. vol 8.

Mercurius Præcipitatus † *Cinabaris Diaphoretica & Cathartica.*

Recip. *Cinnabaris* communis unciam unam, *Salis præparati a* drachmas. duas. Simul tere, misce, & matracio impone, quibus superfunde *olei sulphuris, per campanam facti*, uncias tres. Digere per triduum in cineribus, tandem igne *b* vehementi fac omnem humiditatem evaporare *c*. Manebit in fundo massa alba, quæ frequenti ablutione edulcorari debet.

(Quidam, facta evaporatione olei sulphuris, id reaffundendum censent & destillandum, hocque tertio repetendum. Verum hæc repetita destillatio videtur inutilis, quod cinnabaris tantum salis volatilis, aciditatis sulphuris, prima destillatione ad se trahat quantum naturæ suæ sufficere potest, uti cuilibet, in naturæ ponderibus exercitato notum.) *Usus*

Vsus. Convenit in morbis Venereis & contagiosis *d*. Sex ejus grana, sudores movent, sumpta cum conserva rosarum, & unciis quatuor vel tribus decoctionis *e* sarsæ parillæ, decem vero, conservæ alicui aut pilulæ commixta, per secessum operantur.

o Id est, decrepitati.

b Arenæ scilicet.

c Reaffunde & destilla iterum, etiam tertia vice.

d Aliquot diebus datus.

e Primæ nempe.

Præcipitatus Specificus contra Gonorrhæam.

Recipe *Mercurii purificati* uncias tres. Dissolve eas, in *aqua forti*. Pone deinde etiam unciam unam *Veneris* seorsim, in parvum matracium, similiter dissolve. Hinc misce utramque dissolutionem, & fac exhalare igne sabuli, quem intensiorem redde, circa finem, ut ex aqua forti omnes spiritus egrediantur. Vase refrigerato, tere præcipitatum, in pulverem subtilem, eumq; pone in matracium, & superfunde *aceti* ter *destillat* tantum, q. s. ut nempe ad dimidium pedem supernatet. Stent in digestione, in B. M. quinque aut sex dies, & circa finem, aqua bulliat, ut Mercurius in aceto dissolvatur, quod calide postea filtretur, & vapore balnei exhalet. Præci-

pitatus in fundo manebit viridis.

Dosis à quatuor ad sex grana.

Mercurius Veneris diaphoreticus.

Recip. *limaturæ Veneris* ℥ unam, *Mercurii meteorisati*, id est, *sublimati*, uncias duas. *Salis Mercurialis*, id est, *armoniaci* unc. duas semis. Trita, & simul mista pone in matracium firmum, dando ignem arenæ, donec instar ceræ omnia liquescant. Tum matratium ita calens frigidæ impone, ut in partes dissiliat, & Mercurius subviridis effluat; quem exsiccatum in retortam parvam, cum *spiritu sulphuris* vel *vitrioli*, in cineribus, per diem naturalem, digerendum collocabis, & postea cum binis cohobiis in arena destillabis, tandemque ablues bis aut ter *a*, & ultima vice, aqua cordiali *b*.

Usus. Non tantum præstantissimum remedium diaphoreticum est contra luem *c* Veneream, verum etiam insigne Bezoarticum contra pestem, si mox ab infectione sumatur. Dosis. gr. unum vel duo in aqua aliqua theriacali *d* vel alia specifica.

a Aqua dulci.

b Seu spiritu vini.

c In lue Venerea radicitus curanda, nihil hoc præcipitato est præstantius. In principio quidem datus movet vomitus, sed repetitus tantum per sudores mali mineram expellit omnem,

d Aut

d Aut cum ipsa theriaca.

Præcipitatus Mercurius ad ulcera.

Extingue libras quatuor *calcis vivæ*, in libris viginti quinque *aquæ communis*, eamque filtratione redde limpidam & claram. Dein libris ejus quatuor, adde *sublimati communis*, subtilissime pulverisati, drachmas duas. Et brevi temporis spatio, is se præcipitabit, in pulverem citrinum, ulceribus, malignis curandis adpropriatum. Aqua inservire potest, carnis luxuriantis consumptioni.

Turpethum Minerale a.

Recip. *Reguli Antimonii pulverisati* drachmam unam. Dejiciatur in vitrum amplius, & *aqua regis* sexies irrigetur, & rursum exsiccetur. Tandem in aqua eadem resolvatur, & in ollam fictilem, quæ cinerem serventem contineat, sepeliatur. In eadem aqua regis seorsim quoque solvatur *aurum limatum*, aut *foliatum*, ad drachmam unam. Postea

---

a Hæc Turpeth. mineralis confectio mihi saltem non arridet, cui volupe est, eam instituere poterit, & videbit successum.

Postea vero in vitro ferventi cinere obruatur, similiter seorsim, ut de præcedenti dictum. Hinc super *calcem vivam aqua fervens vulgaris* fundatur, ac probe agitetur, cumque refrigerata conquieverit, per trilicem coletur. Deinde aqua hæc colata, & rursum ferve facta, super *præparatos Isatidis cineres*, fundatur, ac diligenter moveatur. Postquam justo tempore conquieverit, & pura consederit, per trilicem trajiciatur. Tunc in isto colato lixivio, ebulliat Mercurii (quem tamen antea, sale in aceto bene dissoluto, elues) libra una. Quo diutius efferbuerit, eo melius. Postremo Mercurius rursus, sale in aceto probe dissoluto, purgatus, abluatur, aqua calida, & siccetur. Hac ratione præparatus Mercurius, in aqua regis (ut supra dictum) resolvatur, & in ferventes cineres etiam ponatur, ut priora. Hæc tria, Regulus, Sol & Mercurius, probe sic seorsim soluta, in cucurbitam, luto optime munitam & circumlitam, demittantur calida, & sexies vel septies stillare sinantur, ex retorta. Semper, quod destillavit, reddatur suis fecibus. Hac frequenti destillatione, humor, qui destillatus fuit, erit imbecillis, & minus fortis, ideo inutilis & abjiciendus. Materia autem sedimenti, seu corpus mortuum, remanens in vitro, exempta teratur munitissime, in marmore. Tandem sub tegula fornicata, unter einer Muffel/ flagrantissimis carbonibus reverberetur, assidueque rudera ferrea versetur; (fumos

mos vita, fiatque operatio sub dio) donec, mutato calore, iterum rufescat,& virus aquæ regalis igni evanescat. Deinde optime lavetur, affusa aqua calida, dum nullam prorsus salsedinem sapiat. Tunc superfunde *spiritum vini, optime rectificatum*, ad eminentiam trium digitorum. Condatur in ferventem cinerem, triduo. Ter quotidie moveatur. Essentia vini tincti abstrahatur, aqua rosarum stillatitia materiæ affundatur, triduo quiescat, &, singulis diebus, ter agitetur, Tunc sensim abstrahatur, ut, exiccata maximè, subsideat aquila cælestis, elota, prorsus, ab omni acrimonia. Quo sæpius, eo totius, Vitro diligenter obturato, servetur ad usus innumeros.

Usus. In peste, datur à grano uno, ad tria, pro ætate, in aqua theriacali. Purgat universaliter totum corpus, caput, thoracem, ventrem, nervos, artus, medullam. Sanguinem in venis corrigit, omnia membra perquirit, & penetrat ad intima, & quicquid vitii, corrigit universum. In Chirurgia quoque præstantissimum est remedium ad ulcera, tumores, suppurationes omnes.

CAPUT

Caput XIV.

De Calcinatione Saturni & Jovis

Cum, teste Gebero, impossibilis sit corporum solutio, compositione ignorata, antequam metallorum calcinationes aggrediamur, de ipsorum natur obiter aliquid dicendum est. Recte auten nihil sensisse videtur Hermes, Pater ille Philosophorum, *in tab. smaragdina*, dum dicit Id quod est superius, est sicut id, quod est inferius, & vice versa. Qua ratione enim natura paulatim & successive, in terræ superficie plantas & cætera vegetabilia producit, ita eadem, in locis subterraneis, metalla, quamvis tardius, & longiori temporis spatio, ex vapore humido unctuoso, argenti vivi & sulphuris victrioli, suo calore, mercurium decoquentis, proprietates & vires in se continente, generat. Unde Hydrargyrum mater metallorum dicitur; Sulphur vero pater, in iisq; quatuor elementa, quæ omnium corporum naturalium materia remota sunt, repræsentantur. Mercurius n. instar fœminæ, frigidus & humidus, aquæ & aëris rationem habet; Sulphur autem tanquam mas, calidum & siccum, ignis & terræ vicem obit. Si quis materiam eorum, non tam halitum, quam succum statuere velit, non repugnabo. Cum enim,

nim, ann. cIↄIↄc XI. in Hungaria, dimidio miliari à Schemnitz, in argenti fodinam, mille quingentos aut circiter cubitos profundam, descendissem, à fossoribus, qui, ob luminum mineræ æstum, vestibus & ipso indusio exuti, laborabant, didici, vapores minerales à centro terræ frequenter sursum ferri, eorumque lucernas, & ipsosmet, nisi subito recedant, extinguere, aliquanto autem tempore post, in eodem loco, illos halitus ad parietes fodinæ, in massam, quæ levi contactu, instar olei fluat, coagulatos reperiri. Unde fortè quis inferre posset, vaporem esse materiam metallorum remotiorem, succum vero sulphureum & mercurialem, propinquiorem. Et sunt mihi ad manum, ex eadem fodina, & aliis, silices, quos seu vapor, seu succus talis mineralis, humidus, unctuosus, undiquaque penetravit, & in quorum aliis conspicitur materia cruda, nec satis cocta, in aliis mediocriter excocta, ex quorum libra una, elici possunt drachmæ sex argenti puri, & scrupulus semis circiter auri, in aliis perfecte decocta, ita ut argentum in superficie pullulet, & in uno ramusculi auri puri puti conspiciantur.

Etsi autem sunt, qui, ob frivolas quasdam ratiunculas, Mercurium & Sulphur, metallorum materiam esse, inficias eant, tamen satius est, Philosophis metallicis, & metallurgis credere, qui, in omnibus fodinis & venis ea reperiri, uno ore atrestantur. Ad quorum opinio-

opinionem, & metallorum excoctores, ustores & probatores accedunt, ut taceam, quod Medici etiam fatentur, plerosque fossorum morbos à sulphureis & mercurialibus spiritibus crudis, intra corpus ad missis, oriri, & metalla, in externis effectibus, eadem præstare, quæ hydrargyrum. Imò experientia comprobat, omnia metalla facili negotio in argentum vivum, & argentum vivum in omnia metalla reduci posse. Et si quis dubitat, an etiam metalla in sulphur redire possint, is sciat, omnia metalla, in liquoribus convenientibus aliquoties soluta, tandem in liquorem unctuosum, facile flammam concipientem, resolvi, ut sæpe meo damno expertus sum. At solum surphur est flammæ pabulum, Ergo metalla etiam in sulphur resolvuntur.

Calcinatio Saturni.

Plumbum liquefit in matula terrea, vel olla ferrea, purgaturque à scoriis *a*, deinde aucto igne, ut olla candeat, continua agitatione, cum spatula ferrea, reducitur in calcem *b*, quæ cribellata postea, si diutius reverberetur transit in minium *c*.

a Superne eminentibus.

b Gryseam ⁂.

c Cu-

⁂ Lythargyrium Saturni dicitur.

e Cujus usum vide infra sub finem c. 17. «

Calcinatio Iovis.

Recip. *stanni Anglici*, non sophisticati, (quod ex pondere & malleatione dignosces) libras quatuor. Liquefac in olla, plani fundi, & à scoriis purga, deinde injice aliquid *Salis Ammoniaci*, & igne aucto, ut olla candeat, impone libram unam & semis *salis præparati*, spatula ferrea tam diu movendo, donec in calcem redigatur, quæ igne fortiori reducitur in corpus, & ab impuro & denigrato separatur. Iterum miscetur cum libra una salis præparati, & calcinatur, ut supra. Calx abluitur ab omni salsedine, & reverberatur octiduum, donec vertatur in alcohol. Sal affusione aceti alkali sati elicitur, digerendo aliquot diebus, postea filtrando & coagulando.

(Hæc calcinatio præ cæteris est utilissima, quia sic citius & facilius operatio perficitur. Deinde melius, quam per salem, à fecibus nigris, terreis, & heterogeneis, Jupiter purgari non potest, ad eum maximè finem, quem intendo, comprobante hoc ipsum ipsa experientia.)

Hæc

« Præter quæ tam Lythargyrium Saturni, quam minium ipsum emplastris exsiccantibus repellentibus additur.

Hæc Iovis calcinatio minus videtur commoda, propter salium enim adjectionem calx illi multum corripitur. Satius est, si, ut cum Saturno in præcedenti factum, Iupiter per se calcinetur.

Alia.

Iupiter potest etiam calcinari, sicut *Saturnus*, *a* sine additione salis, vel possunt etiam calcinari, in scutella ligna *b* *creta* oblita, si, fusi in crucibulo, effundantur in dictam scutellam, & *c* subita agitatione, dum eorum fit congulatio, moveantur.

a De quo supra cap. 8. tit. balsamum Saturni.

b Vel fictili, non vitreata, duplici, quarum una ad amussim contegat alteram.

c Lacinia humida, juncturis invicem circumcircum coarctatis.

Iupiter Diaphoreticus.

Recip. *Iovis Anglici limati*, vel, ut supra, in scutella lignea, vel terrea non vitreata, calcinati uncias duas; *Mercurii sublimati* uncias quatuor. Simul misce, & per retortam destilla, igne arenæ, apponendo vas recipiens, aqua semiplenum, cumque destillare inceperit, da ignem suppressionis moderatum; donec omnis liquor exstillaverit, & præci-

ræcipitatus fuerit in aquam. Quod autem d collum retortæ sublimatur, abraditur, & um eo, quod destillatum est, per noctem dieritur, Aqua spiritu victrioli imprægnata eparatur, & ad usus servatur, calx vero exccatur. Dosis à gr. quatur ad sex.

Cæterum ne in Stanni electione decipiamur, sciendum est, quatuor esse ejus genera; Jnum, quod appellatur *dulce*, aut *Cornubianum*, sive purum illud *Anglicanum*: Alterum ommune, quod plumbum admixtum habet. 'ertium, *Tinnulum*, quod paratur ex centum bris stanni puri Anglicani, mixtis cum quaor libris cupri electissimi, & duabus libris eguli Martis, bene purificati. Quartum *Glaiale*, quod speciem existimo esse reguli Animonii. Avenzoar, libro de vaporibus, differens de duobus metallis mollibus, Plumbo & Stanno, dicit, plumbum consolidare & ccludere stannum, & contra stannum inurare plumbum. Cum enim viscositas glutinosa, quæ partes stanni colligat, in humido & siccoconsistere debeat, fit hinc, ut stanni um stanno nulla institui possit conglutinaio. Unde etiam Stannarij, cum Plumbum ut Stannum durum reddere contendunt, ommiscent ista duo, in unum massam, quæ multo durior evadit, quam si ista separata essent, propterea quod ex humidirate plumbi, & siccitate stanni, viscositas oritur magis firma, quæ duritiei caussa est, in ista duorum metallorum mixtione.

Ut

Ut igitur perfecte cognosci possit, *utrum stannum sit purum, aut cum plumbo mixtum*, necesse est, ut imitemur stannarios, quando nempe illi vasis alicujus stannei bonitatem examinant. Tunc enim sumunt parvam portiunculam, de suo opere, eamque fusam, in formulare, quo globuli tormentarii effingi solent, conjiciunt, & ex altera parte particulam etiam illius vasis, quod ad examen oblatum est, fundunt, eamque æqualis ponderis, cum priori, in idem formulare ponunt, & pilam utramque ponderant. Quod si illa quæ ex ipsorum opere prodiit, levior est quam altera, conjicitur exinde, quod vas illud cum plumbum stanno gravius sit, tanto plus plumbi in se contineat, quanto id plus pendit, quam alterum, quod notæ est probioris. Sed opus est hic, ut formulare trunco ferrariorum æqualiter includatur. Idem fieri posset in reliquis metallis, ad rectius cognoscendum ponderis ipsorum differentias & proportiones, aut posset probatio institui sequenti modo; Duc quodlibet metallum seorsim, per aurifabrorum instrumentum, quo aurum in fila ducunt, deinde cum sunt ejusdem crassitiei, scinde illa, ut æqualiter etiam longa sint. Et si, exempli gratia aurum ponderabit septuaginta duo grana, argentum & plumbum, quodlibet nempe seorsim, non plus ponderabunt, quam tringinta sex grana; cuprum triginta, chalybs vigintiseptem, ferrum vigintisex, & stannum vigintiquinque.

CAPUT

CAPUT XV.

De Calcinatione Martis & veneris *a*.

Crocus Martis unde Crocus Martis adstringens.

Limaturam Chalybis à sordibus, ventilatione & ablutione, diligenter emunda. Hujus recip. libras duas, *salis præpara-* libras tres. Misce simul, & in olla terrea reverbera,

---

a *Croci Martis* cum *adstringentis* tum *aperientis*, tot tantique in tyrociniis Chymicis extant processus laborisissimi nonnunquam, ut tædium afferant Lectori. Inter hos prior sive *adstringens* sola reverberatione, nulla re alia admixta exactissime parari potest vel ex *Croco Martis aperiente*, vel *virgulis ipsis crassioribus Chalybis*, quæ furno & igni reverberii traduntur per aliquot dies, donec undique *Crocus leviusculus & pulcherrimus* illis adhæreat, qui separandus, *virgulæ* vero ulteriori calcinationi tradendæ, donec expetita quantitas collecta sit. Ergo, ut una fidelia duos, quod dicitur,

verbera, per diem naturalem, maſſam ex me, & tere, diſſolve in aqua calida & lava te ties, donec ab omni ſalſedine & terreſtre tate liberetur. Exſiccatur deinde, & in pu verem ſubtilem, terendo & cribellando, redu citur. Poſtea reverberatur per octo vel d cem dies, donec ſuperficies elevetur in cro cum rubicundiſſimum impalpabilem, qu perci

---

citur, dealbarem parietes, & una ope plures abſolverem labores, ſolitus ſu quoties *ſpiritum Vitrioli* deſtillavi, *virgul ferreas* furno, infra & ſupra retortam i trudo, ſicque elegantem acquiro *Cr cum leviuſculum* & *adſtringentem.* Hu *Crocum* autem affuſa aqua edulcorare v abluere ingentis eſt ſtupiditatis, lic (quod valde miror,) plurimi Chymico rum ſtudioſè id præcipiant, nulla enim crimonia, nulla impuritate hic *Crocus* ſc tet. Quid igitur opus ablutione, utpo qua nihil efficimus amplius, quam quo data opera omnem vim adſtrictoriam luamus? Quæ ipſa etiam optime quadra in *Crocum Martis aperientem*, quippe ſi is dulcoretur, uti non panci Chymicoru etiam jubent, tota ejus vis & efficacia i *Sale victriolato dulci* conſiſtens, penitu aufertur. *Zwelferus* Pharm. Aug. pag. 79

Cro

lato, reliqua pars toties & tam diu reverberatur, donec tota in crocum abeat. Vas ... reum, limaturam continens, habeat operculum, ne cineres super crocum decidant, a tamen elevatum, ut, inter vas & operculum, flamma liberum habeat transitum.

Crocus Martis omnium optimus, & ad medicinæ usum præstantissimus est, si sola limatura Martis, sine adjectione salis communis, aut alterius heterogenei, per se igne reverberii florietur, & postea per aquam dulcem à sordibus latur, qui autem cum corrosivis, ut salibus, &c. conficitur, periculo non vacat. Melius autem

---

onsistit autem *Croci Aperitivi* præparatio in dextra *Martis* solutione, qua, sive *spiritu Vitrioli*, sive *Sulphuris*, *Salis*, *Nitri*, *Aceti*, aut quibuscunque *liquoribus acidis* peracta, leni tandem calcinatione *Crocus aperiens rubicundus* efficitur, cujus virtutes in solo ejus *Vitriolo* fundatæ sunt, quod ipsum *Vitriolum Martis* quadrante unius horæ in *Crocum pulcherrimum aperitivum* converti potest. Patet itaque, quod *Vitriolum Martis* longe efficacius fit in operando, quam *Crocus ille aperitivus*, in longe minori quantitate etiam adhibitum. *Zwelferus* cit. loco.

tem & citius procedit operatio reverberationi si, priusquam furno reverberii committatur limatura Martis aliquoties urina puerorum co spergatur, hac enim ratione inter reverbera dum surgit in florem rubicundissimum, uno atq altero die, qui tamen quotidie colligendus est, violentia ignis reverberi pereat, aut ex rul cundo colore in nigrum vicissim denigret ac de nat.

Usus Croci Martis vulgaris internus est, fluxum ventris, diarrhœam, dysenteriam siste dam, sed caute precedendum est, sæpe enim eju modi adstringentia, tempestive non adhibit majora pepererunt pericula. Quocirca sume tes prius medicinis attenuantibus, & alvu subducentibus, purgatos esse oportet. Extern usus est, in exsiccandis ulceribus ac vulneribu Hujus vires insignes vide etiam apud Crolliu pag. 253.

Alius.

Dissolve *limaturæ Martis* unciam unan in *aquæ fortis* a unciis octo, digere per n ctem, & destilla, per alembicum, aquam fo tem, in arena. Habebis unciam & semis cr ci rubicundissimi, qui, ut vim adstrictoria acquirat, tres aut quatuor horas revebera dus. Sic tam intra, quam extra corpus tu usurpari potest.

a Potius aqua fortis successive & paulat superessundatur, alias nimis fortiter efferv scet.

Aliu

Alius.

℞ Digere lento calore *limaturam ferri*, vel chalybis, aut *ferri recrementa* (Nam & hæc contusa in acetum destillatum deponunt rubedinem, quæ ab ipso ferro provenit, prout facile, & modis variis, id à scoriis separari potest,) in *aceto ter destillato*, donec coloretur. Decanta, quod tinctum est, & aliud acetum reaffunde toties, donec omnem tincturam attraxerit. Depletiones filtratas destilla, & remanebit in fundo pulvis rubeus, qui per diem naturalem reverberari debet in crocum impalpabilem. Virtutem habet constringendi.

Hæc operatio non procedit, quandoquidem limatura nuda ferri, aut chalybis, in acetum, etiam aliquoties destillatum, ægre aut nunquam suam rubedinem de se mittit. Expeditior res fit cum scoriis ferri cæruleis, aut viridiusculis, in pulverem contusis, & cum aceto destillato extractis, ad mentem auctoris. Hujus est N 2 *lauda-*

---

* Modus etiam elegans est, cum sumimus *Cochlear ferreum*, eique infundimus *acetum*, & sic leniter decoquimus, donec omne acetum absumptum fuerit, particulas cochlearis separatas collige & serva.

laudatus à Crollio, in specifico dysenterico, *usus* pag. 253. & 254.

Crocus ♂ aperiens.

Paratur etiam crocus Martis, è *lamina chalybis* candente & scintillante, immissa in *magdaleonem sulphuris*, cujus vi chalybs liquescit & decidit granulatim, in vas fictile suppositum, frigida vel aceto plenum. Granula exsiccata teruntur in pulverem subtilissimum, &, si placet, in crocum reverberantur, spacio sex, vel octo horarum *a*.

Usus. Virtutem hic crocus habet obstructa viscera *b* aperiendi, & humores crassos attenuandi. Unde prodest in cachexia, pallidis virginum coloribus, ictero, mensium jecoris, lienisque, obstructionibus, affectu hypochondriaco, & similibus.

a Hæc Martis calcinatio secunda, est basis & fundamentum pulveris cachectici Quercetani quem describit in pharmacopœa Dogmati cor. restit. pag. 263. in 8.

b Hepar inprimis & splenem.

Alius.

Recip. *limaturæ* chalybis *a*, q. v. eamque consperge *b aqua communi*, (vel u Quercetanus facere solebat, cum pararet pu veren

c Hoc qua ratione fiat, exemplo seq. auth eclarat.

verem suum cachecticum, irrora aqua absinthii vel fraxini, in qua salia *a* propria dissoluta fuerint) in vase ligneo, donec bene madescat. Deinde expone aëri, per octiduum, *c* quo elapso, rursus irrora, & bacillo move, hocque toties singulo octiduo repete, donec in crocum subtilissimum convertatur, quem reiteratis ablutionibus colliges, & exsiccabis.

Dosis à gr. decem ad quindecim.

a Puræ vel sinceræ.

b Vel elue.

c Vel relinque aliquamdiu in loco tepido; exsiccatam tere, & denuo imbibe; idque tam diu, donec postea sponte levi attritu in pulverem subflavum tenuem redacta sit.

Alius.

Recip. *limaturæ chalybis* & *sulphuris*, ana partes æquales. Tere per trihorium, dein consperge *aqua communi*, donec exinde massa quædam fiat molliuscula, & tunc subsiste, & desicca. Postea pone in crucibulum amplum, inter prunas, ita tamen, ut ignis sit moderatus, & materia continue rudicula ferrea, agitetur, ad sulphuris consumptionem. Rubor extrahi potest aqua pluviali. Dosis est ʒ *b*.

Alius.

Reverbera *limaturam* chalybis, cum ana *sulphuris triti*, per quatuor aut quinque horas *a*. Sic Crocus inde exsurget, qui virtutem habet aperitivam, sed majorem habiturus, super dimidiam tantum horam calcinetur, cum duplo sui ponderis sulphuris triti.

a tantum spatula ferrea agitando, ut sulphur difflagret in igne lenissimo, ollaque vitrea-ta.

Alius.

Crocus Martis etiam, cum *oleo sulphuris* fit, infundendo in cohlear ferreum, olei sulphuris & spiritus vini, partes æquales, evaporandoque, lento calore, ad consumptionem humiditatis. Postea si resideat ad aliquot dies, invenies pulverem subtilissimum, quem servabis in phiolis optime clausis, ne aer intret, quia resolveretur. (Hæc operatio Quercetani certissima est, licet crocus, qui inde prodit, non sit rubeus) Si aliquot grana ejus in jusculo aut liquore congruo dentur, verum exhibebis hepatis restaurativum, conducens omnibus morbis, qui ex ejus læsione oriuntur.

Hæc Croci Martis præparatio cum oleo sulphuris & spiritu vini, quem author ex Quercetani

tani Pharmacop. dogmat. cap. ult. *circa finem prope transcripsit, non procedit, sed pro hisce duobus menstruis substituenda est aqua fortis ex vitriolo calcinato, & sale communi ana, cum argillæ tribus partibus admistis destillata. Hæc enim, postequam in cochleari ferreo evaporando consumpta fuerit, statim crocum fuscum ex ferri superficie abrasum, post se relinquit terrimum, & usibus multis destinatum.*

Alius.

Recip. *limaturæ chalybis, sulphuris* subtilissimè triti, ana lib. unam Misce, & pone in amplum tigillum, cui aliud altum, in summitate perforatum, impositum fuerit. Allutentur invicem optime, & collocentur ad ignem rotæ, sensim carbones admovendo, donec materia ignem concipiat, & in flammam emittat altam. Tandem tegatur crucibulum carbonibus candentibus, & in summo igne, per horas quatuor, relinquatur. Eximatur dein materia spongiosa, fusca, & instar marchesitæ. Teratur in mortario ferreo, atque in ampliore vase fictili, non vitreato, firmo, collocetur, super candentes prunas, continuo agitando, rudicula ferrea, donec omnis sulphuris nidor evanescat, chalybique sapor recte impressus sit victriolicus. Lævigetur postea, cum aqua cinamomi, in marmore, &, post unam vel alteram ablutionem, usui servetur.

Vsus. Crocus hic in pallidis Virginum coloribus percurandis expetiſſimus eſt, ſi ſequenti modo miſceatur & exhibeatur.

Recip. *Croci hujus pulveriſati ſubtiliſſim* uncias duas, *Raſuræ cornu cervi recenti* drachmas ſex, *Margaritar. præpar. Salis coral lorum veri, Spodii, ana* drach. unam, *Cinamomi interioris* drach, duas, *Sacchari albiſſ.* unc unam, Miſce, fiat omnium pulvis ſubtiliſſ mus, dividendus in quatuordecim doſes, ſu mendas ſingulis matutinis, & ſuper ambu lando, per duas horas, poſt quas ſorbeatu aperiens juſculum. Ex hoc pulvere, cum *Mucagine gummi tragacanthæ, extracta in aqu cinamomi*, poſſunt fieri etiam *tabellæ* qua tuordecim. Sed pulvis melius operatu ſumptus ex cochleari, cum paucô vino a bo.

Alius Aperiens Excellentiſſimus.

Recip. *limaturæ chalybis opt.* inprimiș e aciculis Hiſpanicis, aut fidibus chalybeis unciam unam. Calcina igne magico, gut tatim ei ſuperfundendo tandundem ol ſulphuris acidi, & tamdiu relinquendo dum ex fermentatione fiat paſta, quam ex ſiccatam perfunde *aqua fontana* frigida, & coque in vaſe æreo, vel terreo, donec cuticu lam ſuperius contrahat. Hinc colloca in cel lam frigidam, ut Chryſtalli generentur, quas repe

:petita opera, ſimul collectas & ſiccatas, im-
one laminæ ferreæ candenti, ut humiditas
dventitia exhalet. Ita prodit crocus Martis
ubtiliſſimus, qui in liquorem facile fatiſcit.

Calcinatio Veneris.

Diſſolvitur *cuprum* in *aqua forti*, & affu-
one *aquæ tepidæ*, cum particula ferri vel
genti, præcipitatur ad fundum vaſis. Poſt
xtrahe rurſus aquam fortem per deſtillatio-
em.

Vel *laminæ Veneris* reverberantur in æs u-
um, in fornace figulorum, quod facile con-
itione in calcem redigitur.

Vel, laminæ ponuntur in crucibulum,
um parte æquali *ſulphuris triti*, faciendo S.
S. & reverberantur tribus vel quatuor ho-
, in æs uſtum.

Veneris laminæ tenues cum ſale præparato olla firma terrea vel ferrea ſtratificantur, & ulatim leviter igniuntur, poſtea in vas aqua igida plenum injiciuntur, & laminæ à nigre-ne & ſale diligenter cum ſcopis ferreis eluun-r, exſiccatæ denuo cum ſale condiuntur, ut pra igniuntur, & in aquam frigidam immit-ntur, reliquaque omnia cum prioribus, ad eſcriptum, peraguntur. Aqua tandem illa, in a laminæ ſunt extinctæ & oleo, cum aqua fer-nti temperatur, ut omnis ſalſedo abeat, & ocus Veneris in fundo relinquatur, inſtar ſan-inis rubicundiſſimi, quem diligenter ab omne

N 5 *ſalſedine*

ſalſedine per aquæ affuſionem liberatum, exſiccatum, & tritum, Chirurgi periti, ad emplaſtrum ſtiѐticum, quod opodeldoch vocant, conficiendum, curiosè ſervant.

CAPUT XVI.

De Calcinatione Lunæ & Solis.

Calcinatio Lunæ α.

Diſſolve *Lunam* in *aqua forti*, & affuſione *aquæ ſalſæ* præcipita ad fundum matracii, in calcem candidam quæ frequenti *aquæ* communis affuſione edulcorari debet, & exſiccari. Hujus *calci.* recipe unciam unam, *ſalis præparati* uncias duas, *ſalis ammoniaci* drachmas duas. Hæc probe miſce, in mortario vitreo, & reverbera, per octiduum ·*a*. Elicitur poſtea tinctura, cum *ſpiritu vini alkoliſato* *b* & circulatu. *c*. Confert maniæ & aliis cerebri affectibus.

a Suffi-

α Fit & Calcinatio Lunæ, ſi laminæ argenti tenuiſſimæ ponantur ſupra crucibulum in quo ardet ſulphur, ſæpius vertantur, & quod combuſtum ac calcinatum eſt ſpatula ſeparetur uſque dum omne calcinatum fuerit; Calx reverberetur.

a Sufficit dies naturalis unus, vel duo.

b Vel cum sale armoniaco fortificato.

c Ablatoque menstruo tinctura remanet in orma liquoris. Hæc eadem tinctura instar lasu-ei seu cærulei ultramarini coloratissimi, extra-itur ex limatura Lunæ cum spiritu vini, in quo liquid salis ammoniaci fuit solutum.

Tinctura Lunæ est diaphoretica & aliquan-ulum anodyna. Cerebri inflammationi, nervo-um convulsioni, morbo attonito, insaniæ & de-rio ac melancholiæ maximè prodest. Ejus guttæ res vel quatuor ad sex, in aquis betonicæ, sal-iæ, vel melissæ exhibentur. Est singulare quod-am remedium, easdem solvendo, medens. Da-ur in aq. cichorei, centauri minoris, scolpendriæ, rtemisiæ. Confortat omnia membra principa-a, spiritusque animales mirifice exsuscitat.

Calcinatio Solis.

Fac amalgama *Solis*, per cœmentum re-urgati, cum sex partibus *Mercurii*, ut sequi-ur. Accipe *aurum laminatum*, quod in mi-utas particulas forficibus scinde, & in cruci-ulum mundum, inter carbones vivos, pone, t aurum saltem igniatur. Deinde ex alio ti-illo, *mercurium b* calefactum, super aurum ffunde, & bacillo misce, ut incorporentur. unc projice in frigidam & massam optime otam trajice per corium, & mercurium uperfluum exprime, ut remaneat massa *c* atis dura, quæ diu teri debet, cum duplo sui

N 6 pon-

ponderis salis præparati, in mortario vitreo, *d* ita ut nihil de amalgamate appareat. Hoc totum pone in crucibulum coopertum & lutatum, parvo saltem foramine pervium, & reverbera *e* per diem naturalem, tali cautione adhibita, ne aurum liquefcat. Hoc facto, reperies aurum calcinatum; Mercurium vero cum sale in auras evolasse, si nempe sal rite fuerit præparatum, & ignis gradus, secundum mentem meam, accurate observatus. Alias enim nonnihil salis superierit, quod separandum *f*. Tum aurum denuo amalgama, & per corium trajice, ut supra & misce cum duplo sui ponderis *sulphuris vivi g* & optime tere, & pone in scutellam terram vitreatam, superfundendo optimum *h vini spiritum*, qui accendi debet. Post cujus deflagrationem, & sulphuris, reperies aurum, spongiosum, & valde attenuatum, præsertim, si idem processus bis vel ter repetatur. Aliqui amalgama cum floribus sulphuris terunt, & in crucibulo ponunt, inter carbones vivos, bacillo ferreo continue movendo, donec mercurius in auras abeat. Atque hæc est auri calcinatio, quæ auro potabili parando, & aliis similibus operationibus Chymicis, commode inservire potest.

Antequam autem aurum calcinetur, debet, ut dictum est, cœmentari cœmento, vel vulgari, vel regali. Cæmentum vulgare ita fit *i*.

Recip.

Recip. *farinæ laterum* uncias octo, *Salis præparati* uncias quatuor, *Vitrioli albi* uncias duas, *Salis petræ*, *Æruginis*, ana ℥ ß. Misc.

Cœmentum regale, quod soli auroprobatissimo parcit, est tale.

Recip. *Farinæ laterum* partes 4. *Salis ammoniaci*, *gemmæ*, *communis præparati*, ana partem unam. Commista uniantur, & *Vrina* humectentur. Quidam auri bracteas, antequam ordine digerantur, candefaciunt *k*, sinuntque refrigescere, ut, si quid inquinamenti in cute hæserit, id consumatur, & liberiorem accessum & impressionem relinquat pulveri cæmentatorio. Omnibus rite præparatis, pulveris aliqua portio pyxidi vel ollæ cœmentatoriæ inspergitur æqualiter, ad crassitudinem digidi lati. Huic imponuntur bracteæ, urina irrigatæ, eo ordine & modo, ut æquali situ, se *l* non contingant mutuo, ne corpus corpori cohærens id accendat, caloreque aucto, oras colliquet. Dispositæ primo ordine bracteæ obruuntur pulvere *m* ad dimidii digiti crassitiem, sequuntur post reliquæ bracteæ, & rursus pulveris portione sufficienti consperguntur, atque ita pergitur, donec pixis impleat, aut nihil laminarum residuum est, & clauditur tandem prædicto pulvere, ad crassitiem digiti transversi, imponiturque *n* operculum, sine respiraculo, si cœmentum vulgare, at si regale, operculum habeat foramen parvum, Ignis postea datur ad 24. horas, ita ut olla.

olla sive pixis semper rubescat. Finito opere, bracteæ pede leporino purgantur à pulveribus adhærentibus, & urina lavantur, & exsiccantur.

Omnium autem perfectissimum cœmentum est illud, quod sequitur.

Liquefac *aurum*, cum duplo sui ponderis optimi *cupri* ♀, reduc in lamellas tenuissimas, instar papyri, quas cœmenta, per quadraginta vel 50. horas, igne forti, faciendo S. S. S. ut in cœmento regali dictum est, cum *farina laterum*, *sale communi*, *colcothare*, *viridi æris*, & modico *sale armoniaco*, cum *aceto* forti permistis. In hoc examine totum cuprum evanescit, sulphure ipsius incombustibili, & tinctura in auri substantia remanente, cum, teste Gebero, *decimo octavo capite fornacum*, à cupro extrahatur sulphur mundissimum tingens & fixum.

Verum ne opus sit tam tædioso labore, & ut aurum perfectissime *purificetur*, dissolve unciam unam aut Hungarici, aut similis electissimi, in aqua Philosophica superius descripta, *cap. de aq. fortibus*. Hinc, per inclinationem, lente effunde id, quod dissolutum est, ut terra alba, quæ, in fundo matracii, indissolubilis (hæc, fusa per boracem, convertitur in metallum album, quod in aqua forti communi dissolvitur) manet, separetur. Dein pone aurum dissolutum in matracium capax, colli satis brevis, & superfunde quintuplum aut sextuplum aquæ communis, inque

arena

arena calefac, ad ebullitionem usque. Tunc superfunde Mercurii prius calefacti uncias duas. Et si, intra horas duas, aqua Philosophica, in qua aurum est dissolutum, non sufficiet toti Mercurio dissolvendo, affunde aquæ fortis communis q. s. Deinde adde adhuc uncias duas Mercurii, quas similiter dissolve, donec videas, omne aurum, in massa spongiosa, in fundo matracii, & mercurium dissolutum in aquam claram & translucidam, quam oportet calidam effundi, per inclinationem, & aurum diligenter elui aqua tepida, donec omni acrimonia sit privatum, quod multo magis purificatum erit, & minori labore & sumptu, quam si cœmento, aut antimonio, utaris, Depuravi alias aurum per *Antimonium*, quod perpulchrum erat, & valde splendidum, attamen cum id in aqua Philosophica dissolvissem, separavi adhuc de eo parum terræ albæ. Unde patet, quanto hoc examen sit exactius eo, quod per cæmentum, aut, antimonium, instituitur.

a Probe mundatum.

b Extra ignem.

c Instar globi.

d Vel marmoreo.

e Igne scilicet rotæ.

f Per aquam dulcem, calcem Solis exsiccando.

g Totius florum sulphuris.

h Qui est sine omni phlegmate.

i Hac vulgari cæmento utuntur aurifabri, cum

cum deaurare cupiunt, quo non solum aurum purgatur ratione salium, & sed & in calore exaltatur à farina laterum & ærugine, quæ ex cupro est.

k Id quod omnino fieri oportet, antequam bracteæ in aqua regia solvantur.

l Neque etiam latera & spondalia vasis.

m Proposito cæmentario.

n Et lutatur.

o Quale est Hungaricum. Præstantissimum vero fuerit id cuprum, quod ex ferro consit, quale generatur in Zepusio, vulgo im Zips / *ex fontibus vitriolatis, saltem ferri frustis injectis, & paulo post in rubiginem corrosis, ex qua denuo beneficio ignis cuprum excellens fit.*

p Hinc per hanc recentis cupri, cum auro hoc modo cæmmentato, per aliquot vices, additionem, & repetitam commendationem, aurum impense fit rubicundum.

Bezoarticum Metallicum.

Dissolve in *aqua Philosophica a solis* purissimi drachmas duas, ipsisque adde guttatim *liquoris gummosi b* septies *c* rectificati unciam unam. Fiet maxima ebullitio. Pone matratium super cineres calidos, ad tres vel quatuor horas. Pum præcipita in *aqua communi*, & sæpius ablue, ultimo cum *aqua cordiali*, & tandem exsicca. *d*. Habebis lapidem admirandæ virtutis, cujus grana sex sudores egregie movent, præsertim, si, ut

si, ut bezoarticum minerale, prius rite figatur.

a Ex sale communi & aqua forti præparata vel etiam regia.

b Id est, butyri antimonii.

c Sufficit terna vice.

d Melius & convenientius fiet, si per alembicum ex arena evocetur aqua philosophica, vel aqua regis, trina destillatione, ut supra in bezoartico minerali factum, figatur, vix enim fiet alias bezoarticum hoc, ad mentem autoris præparatum, citra vomitiones & secessus.

Cerauno Cryson † seu aurum fulminans & diaphoreticum.

Recip. *aquæ philosophicæ* unciam unam, in in ea dissolve *auri purissimi*, & prius in lamellas diducti, drachmam unam, solutam per noctem digere in arena, mane superfunde guttatim saltem, siquidem valde ebullit, *Olei tartari, a per deliquium soluti*, uncias duas. Sic illico calx auri ad fundum vasis præcipitatur *b*, quæ multis ablutionibus edulcorari debet, & in umbra, vel calore lenissimo *c* caute & prudenter exsiccari. Ex nummo Hungarico accip. grana 96.

Usus. Aurum hoc, granis tribus vel quatuor ad sex, in convenienti vehiculo exhibitum, non tantum insigne sudoriferum præbet & bezoarticum, sed stupendas præterea,

&

& philoſophiæ adhuc ignoratas vires oſtendit, cum fulminis ictus, & Jovis tela, manibus fabrica, Cyclopum imitatur, unius alteriuſve grani atomo accenſo, nec ſurſum, ut pyrius pulvis, ſed deorſum verberat.

Nota. Reduci poteſt hoc aurum diaphoreticum corpus, terendo id leniter, in mortario vitreo aut marmoreo, cum mercurio vulgari, donec ſit bene amalgamatum, dein rurſus eliciendo mercurium per retortam. Sic calx Solis in fundo manebit valde rubicúnda, quæ per boracem fundi poteſt.

Ex eodem diaphoreticum parari poteſt adhuc præſtantius, hunc in modum. Recip. *ceraunocryſi* quinque vel ſex grana, eaque impone in vaſculum argenteum, & ſuperfunde *ſpiritum vini* rectificatum optime, quem incende, & deſuper *d* vitrum cryſtallinum, ſatis ampli orificii, ſuſpende. Quamprimum ſpiritus vini ardere deſierit, ceraunocryſon officium ſuum faciet, & pars quædam terrea ad parietes vitri ſublimabitur. Hoc quater vel quinquies repete *f*, & vitrum ſpiritu vini lava, ut calx fundum petat, quæ exſiccari debet. Doſis gran. duorum.

† *Germanicis dicitur* Das Schlaggoldt/ *Latinis aurum fulminans, id eſt, quod inſtar fulminis diſſiliendo fragorem acutiſſimum edit, Crollio vero vocatur aurum volatile*, pag. 212.

a Aut in defectu hujus, tartari ſal in aqua communi ſolutum accipiatur.

b Quod animadvertes è colore aquæ Regis qui

qui debet esse albus. Nam si adhuc flavus sit, signum est, totum aurum nondum repercussum, plus igitur olei tartari guttatim affundatur. Et calce auri ad fundum præcipitata in calido liquorem superiorem effunde, quæ postea, &c.

c *Vel, ut vult Crollius*, pag. 211. *in patina vitrea per se sponte in hypocausto siccescat, nullo ignis calore adhibito.*

d *Potius partem cucurbitæ superiorem, cum alembico rostrato, & receptaculo.*

e *Id est, dissiliet ac fulminabit.*

f *Cum recenti ceraunocryso, & spiritu vini.*

CAPUT XVII.

De Salibus.

Modus eliciendi Sal essentiale ex Herbis, sine Calcinatione α.

RECIP. *Herbæ carduibenedicti* q. s. Contunde in mortario marmoreo aut ligneo, cumque omnem succum, secundum artem, expresseris, depura eum, aut filtra,

---

α Quamvis *Salium vegetabilium* præparatio res sit communissima & maximè vulgaris, novi tamen nonnullos, qui etiamsi Chymicos

tra, ut decet, & cum album. ovorum clarifica. Deinde fac, ut leniter ebulliat, in vase vitreo, aut terreo, eumque diligenter despuma. Cumque ad consistentiam *b* mellis liquidi exhalarit, pone eum in vase vitreo, in locum vel frigidum, per quinque aut sex dies, &

---

micos se posessi sint, nihilominus ne rectam quidem & competentem *calcinationem herbarum* pro *Salibus* ex ipsis eliciendis instituere scivere. Quæ ipsa *vegetabilium in cineres calcinatio* hoc peculiare habet, quod *herbæ, radices, &c.* nulli vasi inclusæ, sive tecto, sive aperto, sed in aprico comburi velint, similem in modum, uti *ligna* alias super focum comburuntur; secus enim, si in olla vel in alio vase fiat calcinatio, non cineres, etiamsi diu crementur *herbæ*, sed *carbones* pro *sale* extrahendo inutiles acquires. Peracta hac incineratione solent non pauci, ut *salem* acquirant *pulchriorem crystallinum*, nec tam facile in frigore liquabilem, *cineres* adhuc semel addita *sulphuris æquali* vel *dupla portione* calcinare ad conflagrationem *sulphuris*, quam *calcinationem* cum tanta *sulphuris* quantitate probare nullo modo possum, licet afferant, *cineres* exinde magis refera-

& invenies sal elegans cryſtallinum, angulare, in modum ſalis gemmæ c, quod, effuſo ſucco, collectum aqua carduibenedicti bene lavandum, & exſiccandum.

Eadem ratione & ex aliis herbis, & floribus, & ex roſa ipſa, ſal eſſentiale extrahi poteſt,

---

reſerari, quo tandem efficaciorem & copioſiorem ſalem fundant, aſt perperam. Nam dum *ſulphur* deflagrat, *ſpiritus ejus ſalem in cineribus* adhuc exiſtentem reddit victriolatum, non aliter ac ſi *ſpiritus ſulphuris* vel *victrioli ſali* additus eſſet, quo ipſa ſalina ſubſtantia nativa, ſive *ſal Alkali*, nec non vis & efficacia per diaphoreſin operandi deſtruitur, & *ſalia magis diuretica* evadunt deperdito *Alkali*, imò à nativa ſua (ſi quæ in *ſalibus hiſce fixis* diverſitas eſt,) proprietate & indole, in aliud eſſe peregrinum, tranſmutantur. Nec magis dextre & ingenioſe, ſed æque male ac perverſe ii laborant, qui jam *confectis ſalibus aquam fortem* jungunt, quo minus in frigore liqueſcant, & ad cryſtallinam diaphaneitarem perduci, vel in cryſtallos majuſculos redigi queant. Hoc vitium in Chymia vulgari maximè commune eſt illis, qui dumtaxat ad *formam & pulchritudinem*

teft, cujus vires & effectus multo præclariores erunt, quam illius, quod ex herbarum cineribus elicitur.

Vſus. Egregiè ſudorem movet, ſi ejus duo vel tria grana, aut circiter, in aqua adpropriata exhibeantur.

a Vola-

---

dinem medicamentorum, non vero ad eorum *genuinas virtutes* & *proprietates*(quę contrariis rebus additis, facile immutantur & abolentur,) unice reſpiciunt. Sciendum igitur, ut media procedamus via, quod plurima *ſalia*, utpote *Abſinthii*, *Centaurii*, *&c.* ſi bene parata ſunt ex *cineribus rite calcinatis*, non tam facile in frigore liqueſcant, nec difficulter in cryſtallos redigantur, etiamſi *cineribus eorundem* nullum *ſulphur* addatur, ut adeo nec *ſulphure*, nec *aqua forti* heic ſemper opus ſit. Quod ſi vero *nonnullis cineribus*, ex quibus alias *ſales facile liquabiles* eliciuntur, *ſulphur* admiſcere volupe fuerit, non opus eſt *æquali*, multo minus *dupla ejus portione* reſpectu *cinerum*, ſed *aliquali ſaltem particula*, nimirum *uncia ſemis*, vel ad ſummum *drachmis ſex ſulphuris*, ad *libram unam cinerum*. Nunc ſecunda hac *calcinatione cinerum* ventilata, progredior immediatè ad *confectionem*

a Volatile potius.

b Vel spissitudinem exquisitam.

c Sal gemmæ vocatur ideo, quia habet transparentiam ipsius gemmæ, alias dicitur sal fossile.

Hic modus eliciendi sal essentiale, vel potius volatile, ex herbis, nulla præmissa calcinatione, est

---

fectionem Salium. Coquantur igitur *cineres in s. q. aquæ*, sæpius recenti reaffusa, in vase terreo vel ferreo, donec *omnis salsedo* extracta sit; *lixivium* inspissetur vel evaporet ad siccitatem *salis*, qui impurus erit, lixivialem odorem, si sine *sulphure*, sulphureum vero, si cum *sulphure cineres* calcinati fuerint, redolens, quem odorem, ut ex parte *sali* adimamus, eundemque puriorem reddamus, (quod alias innumeris filtrationibus & coagulationibus fieri nequit,) necessum est, ut ipsum immissum crucibulo, igni fusorio committamus, & quamprimum fluit, effundamus, *aqua affusa* iterum solvamus, filtremus, & ad siccitatem coagulemus, aut leniter & successive humiditatem abstrahendo, in crystallos redigamus. Qua ratione autem *salia* dextre crystallizari possint, de hoc multa haberem, quæ in medium proferrem, sed hæc

est solarum herbarum juxta sal fixum, quod sola calcinatione prodit, etiam quamplurimum salis volatilis possidentium, quales plerumque sunt herbæ temperate calidæ, ut carduus benedictus, cum reliquis carduis fere omnibus, absinthium, majorana, abrotanum, melissa, resta bovis, urtica, flammula, petroselinum, rosmarinus, & aliæ, de frigidis non item hoc intelligendum. Quamvis & multum situm sit in operatione, nisi enim succus rite ad melleam consistentiam sine empyreumate coctus, ac præterea in locum frigidissimum positus fuerit, nihil aut parum salis generabitur. Deinde quod hæc salia, hoc

---

hæc manualibus operationibus potius demonstrari, quam verbis exprimi possunt, hoc saltem assero, quod *salium quorumcunque, crystallorum Tartari*, & quarundam rerum aliarum crystallisatio, longe exactius in calore perficiatur, quam in frigore, causa est, quod frigus impetu veluti liquorem cogat, ut inhærentem sibi *salem* præcipitanter deponat, quæ præceps crystallisatio tam exacte fieri nequit, ac si lente, successive, & cum mora aliqua in leni saltem calore aut tepore fiat, hinc etiam in tectis & coopertis vasis, majores pellucidioresque crystalli crescunt, quam in apertis. ita differit *Zvvelferus* August. Pharm. pag. 788.

hoc modo extracta, reliqua salia per calcinationem facta, tam virtute, quam sapore, superent, mirum non est. Integritas enim salis volatilis, in qua essentialis potestas latet, salva manet, nec potest fieri, quin etiam ex sulphure, & liquore mercuriali, cæteris ceu sui compositi principiis, aliquid sibi attribuant, quibus alioquin, si calcinando provenisset, carere debuissent.

Sal essentiale, sive Cremor, aut Crystallus † *Tartari.*

Recip. *Tartari Montispeliensis a* aut, quod melius, *Germanici*, & quidem albi, lib. unam *b*, redige in pulverem subtilem *c*, & fac in sufficienti aquæ quantitate, in vase figulino firmo, ebullire. Tum amove ab igne, &, si vis, trajice *d* per manicam Hippocratis, vel pannum lineum, in allud vas firmum, & colloca in locum valde frigidum, ut sal tanto melius possit concrescere. Quo facto, aquam per inclinationem effunde, & sal, quod parietibus vasis adhæret, separatis fecibus, frequenti aquæ affusione *e*, collige, & iterum, ut supra, decoque *f*, diligenter lava, à fordibus separa, & exsicca, tandemque reduc in pulverem.

Usus. Virtutem habet incidendi & detergendi humores crassos & tartareos, meatusque obstructos, si quod aliud vegetabilium, aperiendi *g*. Dosis est drachma u-

na in juſculo, vel alio liquore appropriato.

[Mirum eſt autem, ſales vulgo diſſolvi, & liqueſcere in aqua frigida, eſſentialem vero contra in eadem congelaſcere & indureſcere. Ut igitur curioſitati ingeniorum honeſtæ, & laudabili, ſatisfaciamus, cauſam hujus rei abſtruſiſſimam inveſtigemus,& compoſitum hoc primum, hoc modo examinemus. Recip. ſalem eſſentialem, cujuſcunque rei is tandem ſit, & pone in cornutam, applicando receptaculum ſatis amplum, & juncturas bene lutando. Dein da ignem per gradus. Primo exſtillabit aqua valde acida, hinc oleum, & id, quod in recorta reſtabit, terra erit valde nigra & ſatis multa, qua ad albedinem calcinata, ſal quidam fixus exinde extrahitur. (Nam eſſentiale ſemper continet in ſe fixum.) Dicamus igitur omnes ſales eſſentiales eſſe compoſitos, ex partibus terreſtribus, aquoſis, & unctuoſis, & inſignem illam ſiccitatem terræ prædominantis, retinere aquoſitatem, & compoſitum reddi tanto ſolidius, & minus ſolubile,in aqua frigida, quo magis oleaginoſitas iſta duo extrema compoſiti colligata ſervat. Et poſſum aſſeverare, quod, poſtquam in aqua bulliente cryſtallos tartari ſex diverſis vicibus diſſolviſſem, eoſque extreme albos reddidiſſem, deinde v. in cornutam poſuiſſem, ad extrahendam aciditatem, (quæ per reiteratas diſſolutiones valde debilitatur) oleum adhuc unctuoſum & adurens exſtillarim. Unde videre eſt, quam arcte

arcte omnes compositi partes inter se sint connexæ. Possem adhuc aliam rationem, ex lib. Aristot. de Meteoris, adducere, quod sicut elementa rarefiunt adscendendo, ita etiam condensentur descendendo, &, si ponamus, quod terra sit frigida gradu quarto, aqua frigida futura sit, octavo. Item, si aqua quarto gradu humida, aer humidus futurus sit, octavo. Ac propterea sales essentiales, siquidem valde terrestres sunt, non possunt in aqua dissolvi, nisi mediante calore, superveniente autem frigore rursus concrescunt. Non aliter atque aqua iu aerem mutari non potest, nisi interveniente calore, qui illam rarefacit & exhalare facit, sed quam primum frigus ingruit, condensatur rursus, & formam suam priorem recipit.]

† *Crystalli nomen à nativo accipiunt, suntque solubiles omnes in humore copioso, nam in pauco suo menstruo concrescunt etiam. Cum coagulat filtratus liquor aluminosus, vitriolatus, salsus, acidus &c. crystallos vel lapillos vocant.*

a Vel Hungaricum, aut etiam Hispanicum.

b Vel lava in aqua clara fontana, defusa semper turbida, donec aqua talis, qualis affusa, permaneat limpida.

c Non est opus.

d Potius cum priore proprio decocto, parum recentis aquæ affuso.

e Et hoc aliquoties repete, singulis vicibus, ubi decoctum, ab igne semotum, refrixerit, cre-

morem, tum superna parte, instar pelliculæ sublimatum, tum parietibus cacabi adhærentem, collige, diligenter lava, &c.

e Cremor tartari in omnibus obstructionibus admodum est utilis. In melancholia hypochondriaca expedienda nihil felicius est, si aliquot diebus ejus drachma semis, vel scrupuli duo, in jusculo, aut capparum decocto, exhibeatur, & exterius ad hypochondrium sinistrum emplastrum ex ammoniaco in aceto squillitio soluto applicetur. Senibus maximè, & qui obstructæ sunt alvi, conducit. Insigne evadit catharticum, si hujus cremoris scrupulus unus, cum extracti scommoneæ granis 7. 8. vel decem, in jusculo vel vino propinetur.

Sal Imperatoriæ.

Siccatam calcina ad albedinem *a*, sal extrahe, cum aqua ejusdem herbæ stillatitia, vel communi, *b* digerendo per noctem. Postea aquam per inclinationem *c* effunde, cavendo, ne feces turbentur, aliam usque tertio reaffunde, digerendo, ut supra. Tandem omnes aquas filtra, & coagula. Si coagulum non sit satis album, calcina in crucibulo, ad rubedinem, (non tantum crucibuli, sed etiam, si vis, ipsius salis, quia salia fixa igniuntur antequam liquescant) cavendo, ne *d* liquescat, deinde resolve *e*, filtra & coagula *f*. Sic sal habebis albissimum, ut nulla dissolutionis,

tionis, filtrationis, & coagulationis repetitione opus habeat.

Ita sal extrahitur ex *Salvia*, & omnibus herbis, sed tali calcinatione perit sal volatile, sive essentiale, manetque solum elementale *g*, quod in humido facile solvitur, & semper saporem habet ingratum. Interim sal hoc etiam extrahi potest menstruo satis vulgari, ut nunquam in humido solvatur, & saporem habeat gratum.

a Hoc est, cineres albos.

b Calida, non tamen ferventi, quod observandum.

c Et filtrationem.

d Nonnulli parum curant liquefactionem in igne. Citius enim albescunt salia, sed propter fluxum ejusmodi salia postea raro consistunt, sed plerumque in liquores ab aere resolvantur, quin imò non levem virium patiuntur jacturam.

e In igne.

f Idque sæpius repete, donec salia fiant purissima.

g Fixum potius sive terreum.

Sales vegetabilium crystallinos seu transparentes instar salis petræ feceris, si cujusque cineres, post calcinationem, denuo cum æquali parte sulphuris commistas, calcinaveris, idque igne non admodum leni, & tandem beneficio aquæ communis destillatæ extraxeris, filtraveris, & evaporaveris, donec tantum aquæ cum sale restiterit, quousque ille in crystallos in frigido abire

possit. Hi sales sunt omnium optimi, nec enim facile in deliquium abeunt, nec lixivium resipiunt, quin imo sales hoc modo præparati mirifice operantur. Sic sal absinthii, hac methodo præparatus, purgat per vomitus, ventriculi & pectoris impuritates expediendo, si ejus scrupulus unus, vel drachma semis, in unciis duabus aquæ propriæ, id est, absinthii, exhibeatur. Sic sal Imperatoriæ, juxta hanc sententiam ex radicibus factus, & à 4. ad 8.gr. in rob.sambucino exhibitus, tollit omnes febres intermittentes.

Sal Tartari.

Sternitur *Tartarum*, in vase terreo, non vitreato, plani fundi, ad crassitudinem digiti. Reverberatur postea, ad albedinem usque, spacio quinque vel sex horarum, igne ita moderato, propter fusionem, ut vas saltem candeat. Tartarum, ita ad albedinem calcinatum, perfunditur aqua communi digeritur, filtratur, & coagulatur ᵃ.

Hujus præparationis compendium fieri potest, si tartarum ad nigredinem comburatur, post dissolvatur, & coaguletur.

Modus

ᵃ Parari etiam ex tempore potest, si sumamus *Tartarum* tenuissimè pulverisatum eumque pulverem chartæ emporeticæ cras-

Modus hic non est aspernandus, præsertimque observanda in eo ignis lenis moderatio, quo hic sal melius fit, quam fornacum figulinorum intensiore. Ex hoc sale per deliquium soluto fit oleum tartari per deliquium, de quo supra, quod raro ad medicos venit usus, nisi quod est constitutivum magisterii tartari, de quo mox.

Sal Corollarum.

Hoc fit, digerendo *a corallaria trita*, in *aceto*, ter destillato *b*, per noctem, postea filtrando, & acetum ad siccitatem evaporando *c*. Sic sal coralliorum manet in fundo vasis, quod ut pulchrius evadat, dissolvi potest aliquoties in aqua destillata *d*, filtrari, & denuo coagulari *e*.

Usus. Vires ejus sunt excellentes Sanguinem enim in universo corpore mundificat, prististinum sanitatis vigorem restituit, fluxus uteri,

---

crassiori duplicatæ imponamus & involvamus, fortiter filo constringendo; hinc imponamus aquæ ut madefiat totum hoc convolutum; madefactum carbonibus committamus, quo per horam unam aut duas in iis cōbratur, postea ex calce debite aqua communi per solutionem, filtrationem, coagulationemque efficiatur Sal.

uteri, ventris, hæmorrhoidum sistit, roborat cor & stomachum, omnes obstructiones viscerum reserat, concretumque sanguinem dissolvit. Prodest & in hydrope, convulsionibus, paralysi, calculo, suffocatione matricis, si cum aqua, affectui præter naturam conveniente, exhibeatur. Dosis à granis decem, ad scrupulum unum, vel duos, pro ratione ætatis, & vehementiæ morbi *f*.

a Et solvendo.

b Nonnulli acetum sic conficiunt. Destillant à cineribus herbæ Kali lib. 1. *sensim prius infusi, propter metum scilicet effervescentiæ, aceti destillati optimi libras sex, cohobando bis vel ter. acetum tale fic dulce, & non admodum mordax, nec tamen magnis caret viribus, ilico enim coralia, ut & perlas, solvit.*

c Vel, post solutionem abstrahendo acetum ad siccitatem.

d Vel, quod melius, rore Majali supra triticum collecto & destillato.

e Donec sal candidissimum habeas, ab omni acetositate liberum, id quod facile obtinebis, si acetum superius ad operationem hanc citius absolvendam adhibueris.

f De natura & viribus salis corallorum videatur Crollius, Basil. Chym. pag. 165. *& Anshelm. Boetius de Boodt*, cap. 152. lib. 2. de gemmis.

An hoc sal tantarum sit virium, merito dubitari potest. Nam si illum degustes, quid aliud, ex ingratissimo ejus sapore, judicabis esse, quam calcem

calcem vivam, aceto præparatam? Deinde quis non suspicietur, nobilissimas ejus vires, calcinatione ejusmodi, corrumpi & destrui, cum gestata tantum, in febribus & aliis quibusdam morbis, omnem tincturam saturatam, & colorem facillime amittant? Quid? Quod valde absurdum sit, velle ex omnibus rebus extracta facere, olea, quint.as essentias, præsertim ex substantiis per se plane vel subtilibus, vel homogeneis, quales sunt uniones, coralia, moschus, ambra &c. Induunt enim non raro Chymice præparata quædam aliam naturam, & non præparatis plane contrariam. Immò quædam alia non præparata majores vires habent, & naturæ humanæ convenientiores, quam si Chymicum ignem experta sint, quod in pipere fieri cernimus. Affecto enim ventriculo, grana illius aliquot deglutita plus efficiunt, quam si magna copia oleum ejusdem aromatis exhibeatur. Atque hac de re Felicissimum etiam Platerum p. m. auditores suos, olim pro lectione, fideliter commonuisse, constat.

Butyrum Coraliorum.

Recip. *Coraliorum rubrorum* & *salis petræ*, ana part. æquales, calcina igne forti, horam unam. Post edulcora, affusa toties aqua pluviali destillata, donec nulla amplius acrimonia *salis petræ*, in aqua, gustu percipiatur. Hinc coralia edulcorata pone in phiolam, & affunde iis *acetum destillatum*,

 eumque

eumque octiduum ita steterint, filtra per chartam, & rursus affunde acetum destillatum recens, & perge, ut prius, idque toties repete, donec coralia sint plane dissoluta. Hæc postea sume, & pone in phiolam vitream, & destilla ex B. M. Sic remanet in fundo essentia coraliorum, cui affunde aquam pluvialem destillatam, eamque dissolve, & rursus destilla, hocque sexies aut septies repete, donec aceti acrimonia gustu non amplius deprehendatur.

Sal Calculi Hominis.

Recip. *lapides* aut *calculos hominis*, & calcina primum igne moderato, dein magno, inque pulverem redactos.✱ & cum æquali portione *sulphuris* & *salis petræ* mixtos reverbera in alcohol albissimum, quod, ad ignem cinerum moderatum, in succum berberum clarificatum poni oportet, donec totum dissolvatur. Tunc filtrato liquore, exstillandus is est, per balneum, ad siccitatem. Sic sal manebit in fundo vasis.

Vsus. Expellit potenter calculum è renibus & vesica. Exhiberi possunt ejus grana tria aut quatuor, in vino albo, Luna crescente, estque dosis aliquoties repetenda.

Sal Colcotharis. †

Colcothar perfunditur aqua pluviali, & sal dige-

✱ Potius coctione.

digestione α unius diei vel noctis, in eam ingreditur, qui filtratur, & sal postmodum coagulatur. Rubedo aliqua α si sexies aut quinquies iterum calcinetur, & salsedo semper eluatur, tandem dulcis relinquitur, & vocatur dulcedo vitrioli, teste Libavio, *in alchymia*, quæ major est, si ex victriolo Veneris daretur *a*, & præsens est in ulceribus malignis remedium.

† *Colchothar est caput mortuum residuum ex destillatione olei victrioli, vel est ipsum victriolum ad summam rubedinem calcinatum. Usus salis colcotharis est valde rarus, nisi quod nonnulli in Diaphoraticis id valde commendent gr. duobus vel tribus.*

a Terra victrioli dulcis, per hunc modum parata, habet tantum vim emplasticam & stipticam, nec est vera ea dulcedo, quam alias victriolum, & omnia in se continent acria. Illius usus est in emplastris & hæmorrhagiis narium.

Victriolum Vomitivum.

Dissolve *victriolum album* in aqua comuni, filtra, & coagula. Repete hoc secundo. Tertio dissolve in aqua rosacea, post filtra, & coagula.

Dosis à drachma semis ad drach. unam.

Aliud.

Dissolve *victriolum album* in aqua destillata, filtram, & in vase terreo fac aqua exha-

α Reliquum rubrum,

lare, queat donec cuticulam superius contrahat. Tunc vas pone in locum frigidum, ut crystallos producat, quibus separatis, fac reliquũ humorem evaporare, donec rursus cuticula oboriatur, & ut supra, crystallisa, hocque secundo repete. Tertio crystallos in aqua rosacea dissolve, evapora, &, ut supra, crystallisa, igneque lento exsicca.

Usus. Dosis à scrupulo uno ad drachmam semis, in haustu vini, vel cerevisiæ, aut conserva rosarum. Felici cum successu exhibetur in febribus, ventriculi cruditatibus, catarrhis, lumbricis, peste, &c.

† *Vocatur à Paracelso* lib. 1. de rebus naturalibus cap. 8. (*ubi agit de virtutibus vitrioli crudi & colcotharis*) *Gilla non Gilla, aitque, id nominis vitriolum accepisse secretè. Liquorem vero vitrioli ad cerebri magnos illos affectus, vertiginem, phrenesin, maniam, caducum* tertio & quarto cap. 2. de viribus membrorum internorum, *vocat arcanum, quod ex Grilla extractum est. Sive itaque illo, sive hoc nomine appellaveris, perinde fuerit. Videatur Crollius*, pag. 118.

a Dosis hæc authoris est nimis magna, ultra scrupulum semis enim vix exhibetur.

b Potissimum quotidianis, quæ sunt ventriculi, cum aq. centaurii minoris, vel potius in ejusdem decocto.

Aliud.

Aliud a.

Extrahe ſal ex capite mortuo victrioli, quod à ſublimatione fiorum ſulphuris reliqum eſt.

Vſus. Salis hujus ſcrupulus unus, in aqua fœniculi adſumptus, vomitum concitat, ſedes movet, & ſudorem. Interdum etiam ſomnum conciliat.

Nota

---

a Eſt & aliud Victriolum vomitivum Salæ, quod hoc modo paratur. R. *victrioli ungarici cærulei* q. v. calcinetur in olla vitreata ampla, donec in cinerem obſcure purpureum abeat; Huic victriolo calcinato affunde aquæ communis q. ſ. idque ſenſim, ſedulo victriolum agitando, ne in fundo conglomeretur & lapideſcat nimium incaleſcendo, adeoque vitrum frangat, aqua enim hæc affuſa calida omnino evadit acſi calci vivæ ſuperfuſa fuiſſet. Quæ ubi refrixit, deponatur in loco tepido per 24. horas, hinc per chartam emporeticam trajiciatur, filtratum ſuper ignem lentum evaporet, donec ſal in fundo repeciatur ſiccum coloris quodammodo incarnati, quod pulveriſando in albedinem vertitur.

Vires

Nota. *Universaliter in omnibus vomitoriis victriolatis exhibendis, sedulo cavendum est ab asthmate, aliisque pectoris affectibus. Victriolum enim crudum venenum est, suffocando enecans, &, quomodocunque præparatum, vix omnem suffocandi pravam deponit indolem.*

Sal aut Victriolum Lunæ.

Recip. *Lunæ fulminatæ, & in subtilissimas lamellas diductæ*, uncias octo. Pone in cucurbitam, & superfunde *spiritus nitri* q. s. ut nempe ad unum digitum supernatet. Dein claude vas, alembico non rostrato; & digere in balneo vaporoso, per viginti quatuor horas, ac destilla, calore lento, spiritus nitri volatiliores, donec videas, nihil amplius exstillare. Tunc vase refrigerato, superfunde alium spiritum nitri, digere, destilla, eo usque, donec

---

Vires. Vomitorium hoc Sala insigniter extollit ad purgandum superfluitates circa præcordia hærentes, Epilepsiam, aliaque cerebri Symptomata Modus hic eliciendi sal vomitivum ex victrioli capite mortuo quod à sublimatione florum sulphuris cũ capite mortuo victrioli factorum, de qua author in seq. capite, residuum est, adridet satis, eo quod sulphur extrahat arsenicalia, etiam hic ex capite mortuo victrioli.

donec Luna pondere trium aut quatuor unciarum ſpirituum nitri magis fixorum ſit aucta. Tunc omne phlegma vapore balnei bullientis expelle, vaſque exacte clauſum, in digeſtionem triginta dierum, in balneum vaporoſum pone, intra quod tempus Luna mutabitur in aquam viſcoſam, albam, quæ, poſita in locum frigidum, congelaſcet in victriolum viride & cœruleum.

Hac eadem via parari poteſt *victriolum Solis*, ſuperfundendo ſpiritum nitri, ſuper ſalem præparatum, idemque regimen obſervando, ſicuti de Luna dictum.

Ex utroque iſto victriolo, debita proportione conjunctis, & in athanore decoctis, donec omnes calores apparuerint, & tandem in rubedine ſubſtiterint, paratur medicamentum quoddam, quod non minoris eſt efficaciæ & virtutis, quam magnum illud lapidis Philoſophici arcanum.

Doſis eſt gr. unum in omnibus morbis deſperatis.

Sal ſive Victriolum Martis.

Accipe *ſpiritus victrioli*, vel *ſulphuris per campanam facti*, licet non rectificati, unciam unam, *aquæ communis* uncias duas. Miſce in matracio, & adde *limaturæ ferri* ⁂ aut chalybis unciam unam, hocq; obſeratum colloca-in

⁂ Probe lotæ.

in cineres calidos, ut omnia bulliant lentissime spacio sex horarum α. Postea infrigidari sponte permitte, & invenies in vase generatum victriolum, viride, splendens, quod calore dissolvitur, frigore coagulatur, quodque author Cheiragogiæ Helianæ, absque omni ratione solida, Martis salem esse inficiatur β.

Si quis vero hanc præparationem propterea damnandam censet, quod corrosivo præparetur, ob eandemque causam, Crollianam præferat, respondeo, eam non minus hac ratione corrosivis parari, atque meam. Per reiteratam enim calcinationem Martis & Veneris, cum sulphure, aciditas Veneris victriolica cum metallis fixatur, quod ex pondere

α Præstaret limaturam martis primo imponere matracio, & ei tum liquorem dictum sensim ac per vices superaffundere, hinc parum ad ignem detinere, ut ebulitione facta digestio aliqua fiat.

β Hoc aqua solvi potest, filtrari ac debite iterum crystallizari. Licet ego potius solutionem totam filtrarem statim ab ebullitione facta, filtratumque decoctione minuerem eousque donec sufficiens pro crystallizatione remanserit quantitas, loco debito reponenda.

dere facile dignoſcitur, ſi omnia ſecundum Crolii mentem, & meam, recte inſtituantur.

Sal ſive Victriolum Veneris.

Cuprum calcinatum, ſive *ſquamas cupri* reduc in pulverem ſubtilem, quem in *aceto deſtillato*, per diem naturalem, digere. Tinctum acetum per inclinationem effunde, & aliud reaffunde toties, donec non tingatur ulterius. Depletiones filtra, & tres partes fac evaporare, vel deſtilla, quodque relinquitur in fundo vaſis, ponatur in locum frigidum. Sic generabitur vitriolum viride, obſcurum, ſplendens.

Aliud.

Laminæ Veneris cum ana *ſulphuris triti*, ut dictum eſt, in calcinatione Veneris reducuntur in pulverem ſubtilem, & in olla terrea, cum ſulphure trito, calcinantur, continue baculo cupreo movendo, donec totum ſulphur combuſtum fuerit. Hinc calx denuo teritur, & cum octava parte ſui ponderis ſulphuris triti calcinatur, ut ſupra, hocq; quinquies aut ſexies repetitur. Poſtea calx iſta in aquam ferventem projicitur, & baculo ſæpius movetur, dum fundum vaſis petit, & aqua refrigeretur, quæ filtrata evaporet ex tribus partibus, & ponatur in locum frigidum,

dum, ut cryſtallos cœruleos producat, vel e toto evaporet α.

· *Vide Crollium*, pag. 218. & ſeq. *accuratiu de hac præparatione præcipientem.*

Sal aut Victriolum Iovis.

Diſſolve *ſtannum Anglicanum* in aqu forti, facta ex alumine & nitro. Quieſca ita diſſolutio, & videbis calcem ſtanni, al bam, inſtar nivis, ad fundum vaſis, præcipia tum iri, quam ſublimari oportet, ſicuti cun flores alibi antimonii parantur, & invenie pulverem albiſſimum, inſtar pollinis, in ca pitello ſublimatorii, qui in aceto vini, te deſtillato, diſſolvendus, & integrum biduum digerendus, vas ſæpe agitando. Dein eo quod diſſolutum eſt, per inclinationem ef fuſo, aliud acetum vini reaffundendum ſupe id, quod adhuc diſſolvendum reſtat, & o mnia menſtrua, uſque ad ſiccitatem, per B. M. exſtillanda, bonuſque vini ſpiritus ſuper id, quod in fundo vaſis remanebit, funden dus, digerendus, decantandus, & alius ſpiri tus ſubſtituendus, donec totum reſolvatur. Tunc oportet duas tertias ſpiritus, per bal neum,

α Prior modus præſtat ſecundo. *Vſus* ejus in diſſolutione humorum crudorum. Doſ. gr. viij.

neum, exstillari, & reliquum in frigidum collocari, ut crystalli formentur, qui separati in liquorem resolvuntur, si in locum humidum, super marmor, ponantur.

Usus. Tres aut quatuor guttæ ejus, umbilico fæminæ hystericæ calide infricatæ, uteri suffocationem statim tollunt. Hinc idem liquor summum est remedium in morbis Venereis. Curat omnis generis ulcera fœtida, fistulas, lupos, cancros, noli me tangere, & alia carcinomata maligna. Duæ aut tres guttæ, exhibitæ intra corpus, potenter alvum movent.

Sal Saturni.

Calx Saturni, sive *minium a* perfunditur *aceto destillato*, vel saltem *b* ejus phlegmate, digeritur per diem naturalem, sæpius agitando. Post menstruum abstrahitur, aliudque substituitur, donec omnis salsedo extrahatur, depletiones filtrantur, & in cineribus, vel arena, coagulantur. Sic habes salem Saturni, super quo si acetum ter destilletur, cum cohobiis, atque etiam postea vini spiritus, cum trina cohobatione, sal sic virturem adquirit admirandam *c*, in sanandis diversis morbis.

Usus. Si ejus sex grana dentur in peste, cum vino albo, curatur æger inrra viginti quatuor horas. In hydrope dantur tria grana, in vino albo, quatuor diebus continuis,

in

in colica sex grana, cum vino albo, in lepra itidem sex, cum aqua fumariæ, continue per octodecim dies. Saccharum hoc *d* intra corpus sumptum, frigiditate sua, libidinem veneream extinguit *e*, ac propterea utile iis qui in cœlibatu vivunt. Extrinsecus usurpatum mira præstat in ulceribus corrosivis, malignis, cancrosis, lupo, & similibus. Contra putredinem oris etiam, & impetiginē, ambusta, inflammationes, tumores *f*, pustulas faciei rubras, præstantissimum est medicamentum, si cum oleis, aut aquis convenientibus applicetur.

a Supra cap. 14. *factum, sub titul. Calcinationis Saturni.*

b Verba illa, vel saltem ejus phlegmate *deleantur requiritur enim acetum optimum.*

c Hujus salis deprædicatio nimis pomposa est, & valde aliena ab experientia, rerum omnium magistra.

d Vel mel, vel butyrum, de cujus usu prolixe Crollius, pag. 274. & 275.

e Castitatem præstat etiam butyrum hoc Saturni, si umbilicus & priapus eo inungantur, atq; atque ita desiderium fœminarum minuit, ast vicissim, si mederi velis, utere balneo Laconico, & inunctione umbilici cum ol. nucis moschatæ destillato.

f Hoc mirum cuipiam videri possit, cum hoc sit frigidissimæ naturæ, quomodo tumores, durities, & scirrhos dissolvere possit. Attamen experientia hoc ipsum nos docet, & convincit, utut

utut principia Galenica non usque quaque respondeant.

Caput XVIII.

De Floribus.

Flores Benzoini α.

BEnzonium teritur *a*, & ollæ rotundæ *b* imponitur, deinde clauditur duplici charta emporetica, convoluta in modum manicæ Hippocratis, & datur postea ignis *c* ad sublimationem idoneus *d*, floresque nivei, qui nihil aliud sunt, quam sal essentialis dulcis, sæpius colliguntur.

Usus. Valent ad asthma *e*, & omnes pulmonum morbos. Dosis scrupulus semis, in liquoribus vel syrupis idoneis. Topicum etiam

α *Flores Benzoini* diversimode parari consueverunt, præ cæteris autem modis apprime mihi placet, quem tradit *clarissimus Schroderus in sua Pharmacop. lib.* 4. *c.* 377. nimirum destillando per retortam ejus butyrum, ex quo beneficio aquæ ferventis, *flores* extrahuntur, cum in majori copia, tum etiam majores & elegantiores. *Zvvelf.* pag. 793. mihi tamen satis Beguini modus placet.

etiam remedium sunt, ad tubercula, & ruborem faciei.

† *Hoc est, asæ dulcis.*

a Grosso modo.

b Cum pedibus.

c Arenæ, vel prunarum.

d Dum flores scilicet assurgunt.

e Cum unguento pomato, aut butyro Majal illiti.

Flores Sulphuris α.

Parantur, miscendo æquales partes *Sulphuris*, & *colcotharis* *a* perfecte rubificat exsiccatique, & sublimando *b*, ut in antimonio (spatio tamen octo horarum operatio hæc perficitur, nec tanto opus est igne, ut in antimonio) dicetur. Secundo sublimantur cum

α *Florum sulphuris sublimatio*, sine additione corporis cujusdam quod liquefactionem *sulphuris* impediat, haud commode perficitur, idcirco nonnulli *caput mortuum vitrioli* addunt, ast non admodum prudenter, difficulter enim & pauci flores hoc modo ascendunt, suis etiam de causis, nimirum quod *sulphur* aciditate sua rodendo *terram vitrioli*, quam in pristinum *vitriolum* vel esse ferme restituit, se destruat, & consequenter *Flores* præbere nequeat, id quod

um *saccharo c cryſtallino* ſolo, ut majus ad
d aſthma, & alias pulmonum affectiones,
onferant auxilium. Nec metuendum hic,
e ebullitio, liqueſcente ſulphure, ſublima-
ionem impediat. Quocunque enim modo
ulphur ſublimetur, ſive per ſe, ſive cum ad-
itione, ſemper ebullit.

Fit

---

quod in plurimis operationibus, deſtilla-
tione *Spiritus Salis*, *Nitri*, *&c.* ſtudioſe
obſervandum eſt, ne res illis commiſcean-
tur, in quas hi *ſpiritus acidi* agere, & neceſ-
ſario ſe mutuo deſtruere debent, quæ
unica cauſa eſt in hunc uſque diem nec
dum perpenſa, quod haud feliciter cedant
hæ deſtillationes, *ſalis* ut plurimum, cum
potior pars *ſpiritus* rodendo & ſolvendo,
argillam vel *terram ipſi adjectam*, annihile-
tur, & in aliud ens commutetur. Suadeo
itaque, ut *ſulphuri ſalem communem* dum-
taxat in duplo pondere adjiciant, hoc mo-
do *pulcherrimi flores* ſublimantur ex cucur-
bita lutata igne aperto quidem ſed mode-
rato. Frequenter iteratas *florum dictorum*
ſublimationes non uſque commendo, & ſi
mihi daretur optio, ego *crudum ſulphur*,
imò *vivum*, ſi purum & candidum eſſet
(prout etiam reperitur,) præ *floribus ali-*
qu

Fit etiam hæc florum præparatio, miſcei do ad libram unam *ſulphuris*, libram una ſemis *farinæ laterum*. Vel, ad libram *ſulph ris* addendo *colcotharis*, & *ſalis decrepitat* ana libram ſemis. Vel, per ſe *d* etiam, abſqu ulla additione.

Vſus. Flores hi valde reſiſtunt putredin ac propterea in peſte, tam præſervationi quam curationis gratia, vel in aqua cardu benedicti, aut meliſſæ, vel theriaca, vel ſyru po acetoſitatis citri, ad drachmam unam, u tiliter uſurpantur. Præſervant à febribus epilepſia. Sudorem in lue venerea promc vent. Conducunt in omnibus morbis, qu exſiccatione opus habent, in omnibus pu monum affectibus, aſthmate, tuſſi antiqu & recente, catharris ad pectus defluentibu pleureſi, colica, apoſtematibus, & ſimil bus.

Poſſunt etiam exinde tabulæ formari, ha ratione. Recip. *gummi tragacanthæ in aqu roſarum*

---

quoties etiam ſublimatis amplecterer, & tu to traherem in uſum, utpote quod ſuo ac huc gaudeat *ſale centrali nativo*. Plura d *floribus ſulphuris* variis modis præparati & compoſitis, legantur apud *clariſſimum Schroderum in Pharmacop. Med. Chymica*. 3. *cap*. 27. *Zvvelf*. pag. 793.

osarum moschatarum, aut cinamomi dissoluti scrupl. duos, *sacchari finissimi subtilissime pulver.* unc. sex. *Flor. sulphuris* unciam unam, *spec. diarhod. abbat.* aut *diatragac. frigidi, magisterii corallorum,* ana unc. semis. Misce, & tunde hæc simul, cum tragacantha dissoluta, in mortario marmoreo. Deinde manibus, oleo anisi aut fœniculi oblitis, pastam hanc diligenter subactam super tabula munda, ligno rotundo, extende, tabulasque ex ea, quibus mane, & vesperi, ad omnes pulmonum morbos, & catarrhos capitis exsiccantes, utaris, confice.

Dosis est drachma una.

a Hi tamen flores propter acredinem non usquequaque utiles sunt ✱.

b Per arenam ex cucurbita flores in alembicum colliguntur.

c Sublimatio cum saccharo candi vix potest fieri conferre, liquescunt enim una & saccharum ebulliendo sublimationem impedit ß, *potius miscendi sunt flores sulphuris cum saccharo candi,*

P

✱ Imò operatio tota inutilis fere est, Colcothar enim nihil facit hic nisi quod fusionem sulphuris prohibeat.

ß Nihilque ex eo sublimatur sed omne in fundo remanet præter id quod ex sachari, mellis aliorumque dulcium usu fœtor pessimus concilietur floribus. In usu

candi, & vel forma electuarii, vel morsellorum usui adservandi.

*d Qui modus ultimus omnium est synceriss*i*mus, fitque hoc modo. Cucurbita terrea, a quam prius duo alembici vitrei congrui sint s*e*lecti, ita ut unus post alium possit adhiberi, loc*e*tur prius vacua in arenam, quæ ubi gradib*us *ignis paulatim fuerit excalefacta, immitte su*l*phuris communis, in frustra conquassati, man*i*pulum unum aut alterum, & appone alemb*i*cum, Videbis paulo post elevari flores, si mod*us *ignis juste administratus fuerit, alias, si inte*n*sior is fuerit, jacturam patieris operis. Qu*o*si itaque nonnihil florum in alembicum el*e*vatum fuerit, illo substituatur alter α, &c identidem flores sic, repetitis sæpe alternis alem*bicorum vicibus, colligantur β. Quod si elegan*tiores & puriores adhuc desideres, hanc floru*m *sublimationem semel atque iterum reiterare p*o*teris.*

*De his ut & eorundem compositione, egregi*e *præcipientem, vide Crollium,* in Basil. Chymic. pag. 229. & seqq. *Rub.*

α Prius calefactus ne dissiliat.

β Ablatio autem hæc unius alembici ac re positio alterius celeriter debet fieri ne sul phur incendatur, quod si fiat infortunio farina vel cinere injecto exstinguitur. Po test tamen & sublinatio hęc fieri, si sulphu immittatur crucibulo antequam arenæ imponitur, & sic uno alembico florum e colligitur quãtitas, quam is recipere valet

Rubinus Auripigmenti Diaphoreticus.

Recip. *Auripigmenti elegantis & ſplendidi* unc. unam. Redige in pulverem valde ſubtilem, & ſublima in phiola, aut parvo matracio, igne forti, donec fundus vaſis candeſcat, Et habebis, intra dimidam horam, pulcherrimos rubinos, circa collum vaſis ſublimatos.

Vſus. Dantur hi rubini, à ſex ad octo grana, in brodio conſervationis zingiberis, ad provocandos ſudores, in morbis venereis, ſcabie, & ſimilibus.

Iidem rubini, pulveriſati cum æquali pondere florum ſulphuris, & in matracio, igne arenæ aut cinerum, ſecundi gradus, per dies octodecim, aut viginti, digeſti, mirifice catharros exſiccant.

Doſis eſt, ab octo ad duodecim grana, in pulmonum adfectibus, exhibita in roſarum conſerva. Idem pulvis ſudorem etiam movet.

Alius Rubinus Arſenici Diaphoreticus.

Sublima *Arſenicum*, in matracio, bis aut ter, igne arenæ, per quinque aut ſex horas, donec evadat plane cryſtallinum, ſemperque ſepara pulverem ſubtiliſſimum, qui collo matracii, inſtar farinæ volatilis, adhæret, eſtque ipſum arſenici venenum. Partem cryſtallinam pulveriſa, eamque bene miſce, cum tandundem florum ſulphuris, & ſublima, ſicut

 ſupra,

ſupra,in maſſam rubram, quæ ſpecificum eſt remedium in affectionibus pulmonum.

Vſus. Intra corpus, ad ſudorem concitandum, exhibetur, à granis ſex ad octo. Extrinſecus uſurpatus curat omnia ulcera maligna,& curatu difficilia.

Flores Antimonii.

Electum *ſtibium*, in ſubtilem pulverem redactum, ex aludele terreo, in alembicum *a* roſtri expertem quidem, ſed tamen in vertice pervium ad humidos ſpiritus emittendos, cum mobili cono *b* ſublimetur ſecundum artem, dando ignem, per gradus, decem vel duodecim horat *c*, ad flores albos excipiendos, ad citrinos, per viginti quantuor horas,ad rubeos, per tringinta ſex, ignem continuando & augendo. *d* Albi flores ſi ſpiritu vini circulenuer, facultatem emeticam amittunt, & per inferiora tantum purgant.

a Potius in ollas, artificioſe ſibi incumbentes.

b Vitreo vel terreo.

c Ignis gradus hanc florum antimonii variationem præſtare non poſſunt.

d Flores Antimonii in medicum uſum accerſendi non ſunt, niſi corrigantur, id quod de vitro

vitro ejusdem recte à veris Chymiatris pronunciatum est. Primo itaque, ut flores antimonii probe corrigantur, habeantur flores antimonii albi, qui communi more fiunt, per sublimationem scilicet in aliquot ollis, superne ad orificium cucurbitæ sese excipientibus, ceu monet hic author. Quæ via quidem expedita, sed felicius proveniunt, si fictilis cucurbita, ex bona materia facta, inferius prope fundum sit tubulata, eique postea, firmiter in furnum collocatæ, adaptentur alembici cæci invicem sese capientes, itaque qua se cupiunt, sint perforati, eorum sunt numero sex vel plures, in summitate vero apponatur alembicus vitreus rostratus, cui cucurbita regalis adjecta sit. Primum itaque, ubi, ignis gradibus admotis, cucurbita tubulata per se vacua fuerit ignita, ex antimonio trito cochleare unum paulatim, & per vices, est injiciendum, statimque liquescit, & vi ignis tolluntur flores sursum, in superimpositos alembicos cæcos. Antimonium vero injectum cum ferreo stilo incurvato aliquoties per tubulum movendum, sic enim citius & velocius sursum fertur. Omnibus cite recteque institutis, etiam ad distantissimum alembicum rostratum flores elevantur, cum aliqua parte phlegmatis acidi, quod in cucurbitam annexam dilapsum colligendum est, suoque usui destinatum reservandum. Et hic fit modus florum alborum eliciendorum tutissimus.

Postea recip. salis tartari, *frequenti solutione & coagulatione summe depurati, quantum vis, (quæ sane purificatio salis tartari appri-*

me est necessaria, alioquin apparatus hic noster non procedet) & affunde tantum de aceto destillato, vel potius de spiritu vini, quantum pro solutione salis sufficit, abstrahe acetum, sive vini spiritum, lento igne, in balneo, ut evaporet, nonnihil enim acredinis simul progreditur, affunde vicissim acetum destillatum novum, ut dictum, & abstrahe, eodem modo reiterando laborem, donec tandem acetum ejusdem saporis destillando egrediatur, quod octava vel nona imbivitione & destillatione fiet, & hoc Chymicis est impraegnare. Hujus igitur salis, aceti spiritu impraegnati & siccati, accipe, e. gr. unciam unam & semis, florum antimonii alborum modo praeparatorum unciam unam. Misce, & in crucibulo ad ignem subito liquescant. Massam liquefactum fere instar sanguinis rubram, effunde supra marmor, quae ubi refrixit, erit coloris cinericii. Postea tere materiam, & affunde illi in vitro sequentem aquam vitae aromatisatam. Recipe galangae, galliae moschatae, caryophillorum, cinamomi, vel cassiae ligneae, macis, ana unciam semis, croci drachmas tres. Terantur mediocriter, & affundatur alcohol vini, in lento cinerum calore, tincturam extrahe, postea per declinationem aufer tinctum spiritum vini, & affunde recentem, donec amplius non tingatur. Demum omnem spiritum vini tinctum & aromatisatum affunde tartaro & antimonio simul, ut dictum est, liquefacto, addendo salis vel magisterii perlarum, & corallorum, ana drachmas duas. Omnia, vitro clauso, digerantur in calore cinerum,

per duos dies. Postea, adoptato capitello, destilletur lento igne spiritus vini, & remanebit in fundo tinctura aromatum præcedentium, cum pulvere antimonii & tartari, abstrahantur omnia ad siccitatem, & color erit instar caryophyllorum. Ita habebis antimonium optime præparatum. Servetur in vitro clauso pulvis, quia in aere resolvitur. Atque hoc sine ulla formidine tuto intra corpus exhiberi potest. Et hæc est correctio antimonii Crolliana, pag. 132. & 133.

Flavi autem & rubei antimonii flores non, nisi peculiare quoddam instrumentum, si semper eos habere velimus, ad hoc artificium construendum requirunt, quod describere data opera supersedemus.

Tandem hi flores omnes, tam albi, quam colorati, vomitivi sunt & quidem rubei vehementiores cæteris. Verum si, præter illam Crollii præparationem, ex vini & mellis spiritu aliquamdiu circulenter, omnem deponunt violentiam, retinentque solam dejiciendi facultatem. Violentia enim à cruditate est, quæ coctione & nobilium menstruorum clementia mitescit. Horum florum grana 6. 7. 8. *aut ad summum* 10. *movent blande quatuor vel quinque sedes, sine omni vomitu, cum tamen ante hanc rectificationem priorum florum duo vel tria grana non tantum alvum perturbent, sed & enormes cieant vomitus.*

Alii Flores per inferiora tantum Purgantes.

Sublima *pulverem emeticum*, cum dupl. quantitate *salis fusilis*. Lava id, quod sublimatum est, superque illo *aquam vitæ* accensam bis auter combure.

Dosis à sex ad octo grana.

Sublimatio Salis Armoniaci.

Recip. *Salis armoniaci* lib. unam, *squamarum ferri* unc. decem. Misce, & sublima in aludele aut matracio, forti igne. Vase refrigerato, separata, quod sublimatum est, & misce cum quinque aut sex unciis *salis communis præparati*, repetendo istam ultimam sublimationem, quinquies aut sexies, novum salem semper addendo.

Usus. Dosis est duodecim, sedecimve granorum. Exhibetur in omnibus febribus, tanquam insigne sudorificum, quod semel atque iterum repetendum. Convenit etiam hic sal sublimatus metallis in mercurium fluidum reducendis.

Mercurius sublimatus.

Recip. *Mercurii purgati*, per salem præparat um,

paratum, acetumque, & per corium trajecti α, *Victrioli rubificati* β, *Salis præparati* γ, ana lib. unam, *Salis Nitri* uncias quatuor. Terantur & misceantur simul δ in mortario lapideo, cum modico aceto, tamdiu, donec mercurius nullo modo appareat vivus ε. Omnia bene mista pone in cucurbitam ξ loutatam, cui superpone alembicum, rostri brevis, dando ignem, per gradus,

---

α Depuratio mercurii non est necessaria, in fundo enim ab ipsa sublimatione remanent impuritates omnes.

β Præstat non rubificatum, sed saltem ad albedinem calcinatum.

γ Decrepitati.

δ Primo miscenda & terenda sunt Victriolum, Sal & Nitrum, hinc tandem admiscendus Mercurius & tunc primo aliquid aceti addendum est quo melior fiat mixtio.

ε Nisi instar arenæ granulatim diffusus.

ξ Præstat retorta terrea; qui enim in cucurbita cum alembico sublimationem hanc instituunt sumptus sæpe & operam perdunt. Digeratur autem in ea calide per noctem antequam fornaci ignis aperti (utpote in quo hæc operatio peragi debet) imponatur quo mortificetur mercurius,

ut artis est, per octo vel decem horas. Aqua fortis, quæ primo effluet, servetur. Pro secunda sublimatione, ad libram unam sublimati, addantur *Salis præparati* unciæ duodecim, & *vitrioli* unciæ quatuor. Pro tertia, *sale* dumtaxat sublimetur.

Alia

---

rius, quod ab ipso fit nitro, quod ob nullam aliã causam additur,& hæc digetio ubi negligitur,copiose Mercurius vivus sublimatione simul ascendit, sic ut cogamur iterum de novo cum cæteris permiscere, adeoque laborem nobis creamus, Collo autem retortæ fornaci jam debito modo impositæ collum unum aut alterum cucurbitæ aut retortæ applicetur, bene perlutando, huic autem vas recipiens apponãtur pro collectione aquæ fortis,asservandæ. Hinc igne gradatim adhibito,leni satis in initio, sublimabuntur flores in collum retorto partemq; vitri appositam, quod ubi fieri observas, ignis gradum serva usque dum fere omne sublimatum putas.In fine cure ignis sit nimirus, ne fundatur capiut mortuum in fundo & permisceatur sublimato.

Vires inservit maximè præparationi Mercurii dulcis, aliorumque medicamentiorum.

Alia Mercurii sublimatio perfectior *

Recip. *Mercurii cinabaris revivificati*, uti dictum, *cap. de Mercurio*, lib. unam. Dissolve eam, in *aqua forti* communi, dein aqua forti, per destillationem rursus evocata, aut adsiccitatem evaporata, recip. mercurium præcipitatum, eumque in mortario marmoreo (non metallico) diligentissime pulverisa, cum æquali pondere *salis decrepitati*, & *vitrioli*, ad albedinem tantummodo calcinati. Dein, cum omnia bene miscueris, pone ea in cucurbitam vitream, suo alembico tectam, in arenam, aut in matracium forte, colli satis ampli, & quod saltem octo pollices, aut circiter, altum sit, ut primi vapores tanto melius egredi possint. (Alias matracium periclitabitur, si non cautè & prudenter ignis regimen observetur.) Da ignem per gradus, donec collum matracii albescere incipiat, & tunc claude foramen, papyro,

P 6 ignem-

* Imò perfectior longe est ea quam author tradiderat, sed nullo modo perfectior nostra. Loco autem mercurii cinabaris revivificati sumi potest commode mercurius depuratus.

ignemque auge, per quinque aut ſex horas. Atque hoc modo pulcherrimum mercurium ſublimatum cryſtallinum habebis, quem frigefactum ſepares. Et eſt hic Medicinæ multo aptior, quam præcedens.

Sublimatus Dulcis Purgans, † *ſive Draco mitigatus*.

Recip. *Mercurii purgati*, ut ſuprà, vel *mercurii cinnabaris revivificati*, unc. 6. *mercurii ſublimati* præcedentis uncias octo. Tere ſimul, & tamdiu α, donec nullum mercurii vivi granum appareat β. Poſt adde *Salis præparati a* (ad mercurii impuritates retinendas) duas aut tres uncias, & ſimul rurſus trita pone in matracium γ, quod ad dimidiam tan-

---

α. Mercurius ſublimatus pulveriſetur primo in mortario marmoreo, hinc per vices aliquid mercurii crudi additur, paulatim affundendo aliquid aceti deſtill. pro meliori commiſtione.

β. Et nigricantem colorem miſtum acceperit.

γ. Cucurbita ſit haud adeo ampli colli, orificiique anguſti, qualis generis vitra ſunt quæ dicuntur Belgis de kinderglaſen.

tantummodo partem α reple. Hinc sublima, in cineribus vel arena β, per quinque aut sex horas, cumque matracium refrixerit, discinde illud ferro ignito, ea parte, quæ media est, inter sublimatum & salem, qui in fundo remansit γ, ac rursus sublimatum redige in pulverem, & secundo sublima absq; additione. Ita sufficienter δ præparatus erit, ad felicem ejus usum, tam internum, quam externum.

Usus. Sublimatus hic panacea erat Quercetani, quam in pilulas redigebat, quæ tum tem-

---

α Potius præstat infra dimidium persistere.

β Præstat hæc, ubi & notandum, vitrum non tegendum esse in totum arena, sed tantum partem ejus dimidiam usque ad rotunditatem, vel ad digiti eminentiam supra materiam in eo contentam.

γ Quod si sal non addatur, tamen impuritates in fundo remanent terreæ abjiciendæ. Imò & impuritates aliæ supra sublimatum ad orificium vitri colliguntur, quæ nihil aliud sunt quam mercurius crudus cum malignitate mercurii sublimati, sublimationi ergo alii reserventur pro mercurio.

δ Plures enim sublimationes vim purgandi hic plurimum imminuunt.

temporis, à nomine ipsius pilulæ de Monsieur de la Violette dicebantur, & plurimis, præsertim lue venerea *b* infectis, in usu erant. Exhibetur autem in omnibus affectibus, etiam ad præcautionem morborum, singulis mensibus. Dosis est à granis duodecim, ad viginti, & triginta, quæ cum granis quatuor aut quinque scammoneæ rite præparatæ, aut trochiscorum alhandal, aut panchymagogi, aut alterius purgantis, commisceri possunt, ad pilulam unam atque alteram inde formandam.

† *Qui est panchymagogon Quercetani.*

a Ad sublimatum hunc dulcem conficiendum non opus est ulla salis vel colcotharis additione. Statim enim, posteaquam cum mercurio vivo, eo pondere, quod innuit processus, fuerit conjunctus, & triturando mistus, omnia corrosiva & victrioli & salis emoriuntur, & pulvis fit dulcis. Itaque salis, vel victrioli, adjectione nulla opus est, sed si velis operari dextre, binos mercurios junctos per se in matracio sublima, more solito, idque tertio repetendo, semper abjecto mercurio crudo, qui in extima parte interdum simul vivus surgit, rejectis, in fundo matracii restitantibus.

b Adhuc recenti, inveteratam enim non tollit. Alias evacuat & curat morbos omnis generis. At nec per se, neque in conservis exhibdus est, sed plerumque massis pilularum immistus, ad concinnandam pilulam, integre est deglutiendus, v.g. Recip. sublimati dulcis gr. quindecim

cim vel 20. adde massæ pil. cochiarum, vel alicujus alterius purgantis, ut diaphœniconis, &c. scrupulum semis, misce, vel eidem pulveri mercurii dulcis extra massas adde gr. 4. vel 5. scammoneæ præparatæ, vel throchiscor. alhandal. & cum syrupo aliquo fac pilulam parvam, quæ omnes humores elective, sine aliqua perturbatione, purgat. Exhibetur dextre, in omnibus affectibus, in quibus evacuatio requiritur. Posset etiam hic pulvis cum extracto panchymagogo, quod supra docuit author cap. 6. misceri, & dari ea dosi, qua diximus.

Nota *Barthii.*

I. *Quicunque sublimatum dulcem, cum fructu, & tuto exhibere voluerit? caveat sibi, in illius præparatione, à sublimato, qui cum arsenico paratus est. Gravia enim is inducit symptomata, & periculosa.*

II. *Quandoquidem mercurii bene præparati proprium est, humores peccātes resolvere, & fluxiles reddere, eos vero attractos, & in stomachum allectos, ob virtutem catharticam, quam habet nimis debilem, non evacuare, oriuntur inde iis, qui eo continue utuntur, valde perniciosa symptomata, veluti oris salivatio, cerebri refrigeratio, & defluxiones, super diversas corporis partes, non quod mercurius male fuerit præparatus, sed male exhibitus. Propterea qui feliciter illum, intra corpus, exhibere volunt, semper*

eum

eum miscere debent, cum aliquo extracto, aut pilulis, ut prius monstratum.

III. Sublimati dulcis bene præparati signum est, si sit albissimus, & aliquomodo crystallinus, & ut sit factus modo superius descripto. Nam si, in initio, ignis detur vehementior, aut igne nimis diu urgeatur, rubicundus evadit, & amittit suum spiritum victriolicum, quo privatus, non potest non esse inutilis & nocivus. Ac memini, Nobilissimo cuidam militi ac Signifero drachmas duas ejusmodi sublimati dulcis subruffi exhibitas esse, pro dosi, quæ tamen nullam sedem moverint.

IV. Mirum est, salem, colcothar, mercurium, per se, non esse venena, sed simul sublimata, naturam prorsus venenatam induere, quam hac, per salem aut colcothar, præparatione, rursus exuant.

V. Qui accuratissime mercurium hunc dulcem purgantem præparare satagit, à mercurio, sublimatoque communibus, ut abstineat, necesse est. Illorum vero loco, utatur aquis Philosophicis & metallicis, nec non mercurio sublimato, in quintam plane essentiam redacto. Modum autem eliciendi mercurium, è metallis, ad hanc præparationem necessarium, quendam illustrissimum Germaniæ Principem ipse Quercetanus docuit talem.

Recip. antimonii crudi libras duas. Jovis, Saturni, ana unc. tres. Fundantur prius metalla, quibus fusis, adde paullatim antimonium, & omnia fundantur. His fusis, ade

de tartari pulverisati unc.duodecim, *salis petræ* unc.octo. Misce.Projice hos pulveres, simul mixtos, sensim supra materiam fusam, quam deinde ex igne exime. Et invenies in fundo, uncias octo vel decem Reguli. Hunc seorsim funde, habebis Regulum, Saturni,& Jovis qualitatibus impraegnatum. Loco Jovis & Saturni,addere poteris Lunam, Venerem, & parum Solis. Huic regulo addatur mercuri sublimati duplum, & per retortam expelletur Mercurius currens, pro panacea. Egredietur etiam axungiosa quædam materia,qu æ plurimum confert ad Mercurium vitæ parandum.

Vel.

Fac Regulum,communi modo,cum Marte. Hujus recip.libram unam semis. Fundatur in tigillo,ac super eũ fusum projice Venenis drachmas sex. Jovis uncias duas,Saturni uncias duas semis. Lunæ, Solis, ana unc. unam. Sic fiet *Electrum majus*.

Recip. Electri part. unam, Mercurii in meteoron redacti part.duas. Pelle per cornutam, dando ignem s. a. Sic habebis magnam quantitatem Mercurii currentis, ad præparandam panaceam, ac medicinam universalem, ut supra. Ex gummi, quod etiam elicitur,magna copia, ac in calido liquescit, facies Mercurium vitæ præstantissimum, ut ante hęc indicatum.

VI. Sunt,

VI. Sunt, qui arcanum corallinum Crollii ulterius cum aceto præparant, ut plane album reddatur, hocque sublimato dulci longè anteferendum censent. Arcanum enim illud, ita paratum, in convenienti aqua aut liquore dissolvi ajunt, Mercurium vero sublimatum dulcem neutiquam, unde hic, ventriculi tunicis & intestinis adhærens, salvationem interdum efficiat copiosam, si ejus usus indies continuetur.

Alius Mercurius Sublimatus Dulcis.

Recip. *Mercurii sublimati* uncias sex, *foliorum a Lunæ* uncias duas. Tere simul, misce, & sublima ex matracio, in arena. Vase refrigerato, partem volatilem separa, fixiorem & crystallinam tere, & cum fecibus, in imò vasis relictis, misce, secundo & tertio sublimando, ut supra, & tandem abluendo. Dosis à gr. sex, ad octo, vel decem. Purgat suaviter.

[Quanquam talem sublimatum dulcem, cum aliis metallis, parare nunquam tentaverim, tamen non dubito, quin fieri possit, solo auro excepto. Uti vero is nobis, à Dn. Bonnæo, amico nostro, communicatus fuit, ita eundem, hujus artis studiosis, publice donandum duximus.]

a Vtrum sublimatus cum Luna, sine additione mercurii vivi, in sublimatum dulcem abire possit, dubitatur merito, & forsan non immerito negatur.

Manna

Manna Mercurii.

Dissolve *Mercurium a in aqua forti*. Postea *aqua marina b* præcipita, & ex cucurbita, per arenam, destilla, ignem sub finem augendo, ut mercurius ad latera vasis sublimari possit. Vase refrigerato, fecibus, in imo vasis subsidentibus, abjectis, sublimatum seorsim collige, & iterum in eadem aqua dissolve, & destilla, ut supra. Habebis aquilam cœlestem, nive candidiorem *c*, cujus usus in morbis venereis maximus. Dosis granis decem ad quindecim. Purgat tantum per inferiora.

a Probe mundatum.

b Qua deficiente accipe salem marinum, in aqua communi calida dissolutum.

c Ante usum aqua aliqua cordiali, ut rosacea, vel alia, prius lavandam.

Mercurius Sublimatus essentificatus.

Liquefac unciam unam *auri*, aqua Philosophica, uti *capite* 16. monstravi, purificati, cum ana *reguli Martis stellati*, Dein, cum refrixerit, pulverisa id subtiliter, in mortario ferreo, & fac amalgama, cum sex uncis *Mercurii*, septies sublimati, & toties revivificati, quod pone in parvam retortam, eamque in arenam

arenam ſepeli, & da ignem medium inter ſe cundum & tertium gradum, per triduum. Quo elapſo, deſtilla, leni igne ſuppreſſionis & adjunge vas recipiens, ex dimidia part aqua plenum. Sic Mercurius aufert ſecum partem auri, tinctùraque Reguli ſtellati animabitur, qui exinde cum Mercurio ſeptie meteoriſato terendus, & in aquilam cœleſtem reducendus, ut ſupra dictum, qui effectus habebit tanto majores, quanto magis Philoſophicè ille eſt elaboratus.

Aquila Imperialis.

Recip. *mercurii ſepties meteoriſati, mercurii cinnabaris revivificati.* ana unc. quatuor. Miſce, & tere ſimul, donec nullum granum mercurii conſpiciatur. Poſt pone in matracium capax, & ſuperaffunde libras duas *aquæ communis*, aut circiter, quam ſæpe agita, & horis duodecim elapſis decanta, ſeorſimque ſerva, & duodecies aliam ſuperaffunde, eadem obſervando, ut prius. Pulverem in fundo matracii ſicca, & ſublima ter aut quater, donec nempe nullum granum mercurii vivi aſcendat, quem ſingulis ſublimationibus ſeparari oportet.

Vſus. Doſis eſt, ad decem grana. Purgat valde leniter, & quidem altero die, poſt ejus aſſumptionem, convenitque omnibus morbis veneris.

Aquis

Aquis separatis, oleum tartari superfundi potest, ad faciendum præcipitatum rubeum, curandis ulceribus malignis idoneum.

Aut poterunt aquæ evaporari, & pulvis, qui in fundo restat, in pulchrum & purum sublimatum, communem sublimari, qui in fundo matraci terram quandam rubicundam relinquet.

Flos Auri Pretiosus.

Aurum optime per *Antimonium* purificatum, & per *spiritum salis*, aliquoties solutum & attenuatum, teritur, cum septem partibus *salis armoniaci depurati*, & in alembico cœco sublimatur, ut flos auri, una cum ammoniaco, evehatur, qui postea ablutione bene edulcorandus.

Dosis gran. sex, cordiale præ cæteris eximium.

Vellus Aureum [a].

Collige *rorem*, ex tritico, mense Majo, ante exortum Solis, cœlo sereno, loco editiore, linteo expanso, & in discum expresso, atque in vas fictile effuso. Stet per dies quatuordecim, vel etiam mensem unum, in loco

[a] Hæc operatio incerti eventus est.

loco aliquo, tantisper, donec crassior & fæculenta pars subsidat. Filtretur. Cape, quod purum & clarum est, ac eo vitrum orificii stricti, & latioris fundi, reple, tertia fere sui parte; inditis duodecim auri foliis, aliquantulum incisis. Obturetur membrana triplici, & collocetur in locum calentem, sive tepidum, æstate, puta, ad solis radios, hyeme retro fornacem. Ac dum menses novem cum dimidio præterierunt, aperiatur vitrum, & fac, aliqua pars exhalet. Postea effunde totum liquorem, una cum remanentiis, ac vitrum rursus clausum colloca in cineres calidos, usque dum exsiccetur. Permittatur adhuc, aliquamdiu exsiccari. Atque ita demum lana illa aurea, quæ antea visum vere effugiebat, sponte sua de lateribus vasis resoluta, fundum petet. Quam, plumis leviorem, ab aere & vento custodi & usui reserva.

Si rorem prius destillaris, ac postea auri folia adjeceris, solvetur quidem etiam hoc modo aurum, verum non in ejusmodi minutas particulas, quæ ipsis atomis æquari possint.

Præparare hanc lanam auream ita solitus fuit excellentissimus Philosophus & Medicus, D. Johannes Wiednerus p. m. Reipub. Sprottaviensis Physicus Ordinarius. Cujus cum in suo ipsius corpore periculum fecisset, ea in specifico liquore convenienter usus, nunquam, ab eo tempore, paroxysmis arthricis infestatus fuit, cum antea subinde podagricus decumberet, & immanibus

manibus istis cruciatibus & doloribus vehementer torqueretur. Idem etiam unum & alterum, in agone jam quasi constitutum, elegantissimis hisce flosculis aureis, & hoc eximio cordiali, in vitam revocavit. Ac forte hic ipsissimus auri pellis est, de quo Palmarius, doctissimus Ferneli discipulus, libro de febre Pestilentiali cap. 18. *ait, Auri pellis, arte nova, roris Maij beneficio paratus, citra ignis vim, mirificam efficaciam habet, aduersus omnia venena, atque cardiacum est omnium præstantissimum.*

CAPUT XIX.

De Magisteriis α.

M*Agisterium* est, quando corpus mistum ita præparatur arte Chymica, citra extractionem, ut omnes ejus partes homogeneæ serventur, in nobiliorem, vel

α Quantis torturis, solutionibus scilicet, præcipitationibus, calcinationibus, coagulationibus, & destillationibus *Coralia* & *Perlæ*, nec non *reliquæ Gemmæ* subjiciantur, & quam *varia menstrua* pro ipsorum dissolutionibus inventa sint, abunde videre est apud *Clarif. Schroderum lib. 3. cap. 6.*

vel substantiæ *a*, vel qualitatis, gradum traductæ, exterioribus impuritatibus segregatis.

a Seu

---

cap. 6. ast quam perperam potissimæ superius enumeratæ operationes suscipiantur, illi soli patet, qui eas accuratè perspicit, maximè vero, qui ipsemet aliquoties illas tentavit. Si saltem *vulgaria Magisteria officinalia* (de quibus nobis proprie nunc sermo est,) e. gr. *Coralliorum* & *Perlarum*, *&c.* examinemus, hæc sane quocunque etiam *acido menstruo* solvantur, & contrario eidem liquore præcipitentur, nihil aliud sunt, quam *Perlæ* & *Corallia* in subtiles atomos & calces fere insolubiles & inutiles conversa, quibus non exigua portio *menstruorum solventium* & *liquorum præcipitantium* tenaciter adhæret, ita ut difficulter imposterum *iisdem aquis corrosivis* solvi possint, ob adjunctam terram à contrarietate *aquarum*, aut *spirituum*, vel *Salium* exortam, de eorum viribus autem non minimum menstruis post præcipitationem separatis relinquitur. Quod autem à menstruis solventibus & liquoribus præcipitantibus rebus solutis & præcipitatis nonnihil adhæreat, hujus experiundi evidens exemplum præbent *Magisteria Vegetabilium*,

a Seu consistentia.

Vel est Ens medicum, ex toto, citra ullam separationem, impuritatibus dumtaxat segregatis,

Q

---

lium, quæ beneficio *aquæ Aluminis* & *olei Tartari* conficiuntur. Non semel enim hoc, sed pluries in præparatione *Laccæ Florentinæ* ex *granis Kermes* ipsius expertus sum, ubi fere duplo plus *Laccæ Florentinæ* acquisivi, quã fuêre *grana* ante preparationem, nullo penitus addito corpore heterogeneo vel homogeneo. Hinc fit, ut *præcipitati hi pulveres* ad instar calcis sint etiam *corrosivis aquis* ægre dissolubiles, ut hac ratione permotus, *ipsa Corallia cruda, Perlas* & similia tritia dumtaxat & in subtilissimum pulverem redacta majoris æstimem, quam *præcipitata* eorum *Magisteria*, utut levia hęc sint & aspectu pulcherrima, splendida etiam argenti ad instar, prout ipse sæpius illa paravi.

Quod vero *Magisteria* præfato modo parata solutu difficilia sint, & instar *calcis* se habeant mortuæ, manifeste demonstrat inter cætera etiam *Magisterium cornu Cervi*, hoc ipsum, ex *cornu Cervino crudo raspato* confectum sit, ejus qualitates merito aliqualiter saltem æmulari deberet, *in odore* nimirum

tis, elaboratum & exaltatum. Huc igitur pertinent medicamenta, quæ ab alteratione saltem suam perfectionem habent.

Magi-

---

mirum exhalante, si destilletur, aut Vulcano tradatur, vel *in viscositate*, si coquatur. Ast nihil horum, si violento igni committatur, neque de *spiritu* vel *Sale volatili* quicquam ex eo elicitur, sed fixum uti *cornu Cervi ustum* (licet fortiter etiam calcinatum,) remanet, nec si coquitur, *mucilaginem* vel *gelatinam* præbet, nec cum *aquis fortibus*, utpote *Spirit. Nitri*, &c. si cum ipsis ejus solutio tentetur, denuo dissolvitur. Quibus probis ceu invictis rationibus suffultus assero, *cornu Cervi Magisterium* ab *usto cornu*, & huic similia *Magisteria* ex *ossibus* & *cornibus* confecta, ab ejusmodi *calcinatis*, *viribusque exutis ossibus* & *cornibus* parum discrepare. Hinc & reliqua *Magisteria* ex *Coralliis*, *Perlis* & *consimilibus gemmis* parvipendo, imo penitus rejicio.

Solutiones vero quæ absque præparatione & per solam abstractionem *menstrui solventis* fiunt, in suo precio relinquo, quibuscunque etiam *menstruis* conficiantur, licet unum alteri in bonitate (uti in *Animadversionib. Tincturæ Corall.* innui,) præferendum.

Magiſterium Tartari.

Recip. *Olei Tartari*, ex ſale reſoluti *a* & purificati, uncias quatuor *b*, *ſpiritus victrioli c* unciam unam. Hunc guttatim ſupra tar-

dum. Earum autem *ablutiones* & *edulcorationes*, quas omnia tyrocinia Chymica tam ſtudioſe præcipiunt, ſupervacaneæ ſunt, ſi ſolutio *aceto deſtillato*, vel *ſpiritu Nitri* aut *Vitrioli Philoſophico* peracta ſit, cum nullo modo *aciditas* aut *vis corroſiva menſtrui ſolventis*, (quæ jam tum in aliud ens commutata eſt,) elui, aut ſolutiones edulcorari poſſint, etiamſi vel centies hæc operatio iteretur. Nam *aciditas* ſive *Sal corroſivum menſtrui* (ſi ita appellare licet,) nexu indiſſolubili rei ſolutæ copulatum eſt, eique tam firmiter cohæret, ut nec extrema Vulcani violentia, ſive per deſtillationem, ſive alia quavis tortura ab ipſis divelli queat, itaque ſemel aut bis ad ſummum *ſolutiones* aut *Sales* (uti appellare mavis,) ejuſmodi diſſolvendo & filtrando ab adhærentibus impuritatibus liberaſſe ſuffecerit, quæ tandem *ſpiritu quodam ardenti* aliquamdiu circulari, & tandem deſtillando vel abſtrahendo ab eodem liberari poſſunt, *Zvvelf*, Pharm. Aug. pag. 781.

tari oleum, in vitrum capax, instilla. Sic fiet *d* coagulum albissimum. Humiditas supernatans evocetur *e* lento calore, ad siccitatem salis, super quo destilla, ter vel quater, vini spiritum *α*. Atque ita habebis tartari albi vitriolati fixi *f* uncias duas, & drachmas duas.

Vsus.

α Opus minime est ut Spiritus vini superdestilletur, alias modus hic Beguini bonus est.

Magisterium Tartari Victriolati ex *Sale Tartari resoluto*, id est, *oleo Tartari* per *deliquium facto*, vel etiam & commodius ex *sicco Sale* parari, &, si lubet, crystallizari potest, certum tamen *liquoris* vel *olei Tartari*, & *spiritus Victrioli* pondus determinari nequit, ob *spiritum Victrioli*, qui magis vel minus purus vel aquosus esse potest. Discrepat & *oleum Tartari* in tenuitate, *Sal* item in siccitate, quæ cuncta pondus cum *spiritus Victrioli*, tum *olei Tartari* maximè variare possunt, sufficiet autem tamdiu *spiritum Victrioli* dicto *ol. Tartari* vel *Sali* instillare, donec omnis cesset contrarietas.

Nolo hic etiam silentio præterire inconsideratam quorundã assertionem, qui post peractam

Vſus. In omnibus viſcerum obſtructionibus, calculo *g*, nephritide, ictero, menſium retentionibus, melancholia *h*, ſplenis duritie, febribus, hydrope, ſummo cum fructu exhibetur.

Doſis à ſcrup. ſemis ad integrum.

Q 3 *x Ceu*

---

actam & ſufficientem *ſpiritus Victrioli* in *oleum Tartari* inſtillationem, à *reſidente & præcipitato pulvere albo*, *ſupernatantem liquorem* ceu *inutilem* ſeparare, & qui ex eodem *ſcilicet liquore* per abſtractionem aut evaporationem humiditatis paratur, *Tartarum Victriolatum*, ceu nauſeoſum vomitumque concitantem, abjicere jubent. Falſa enim hæc eſt, & nata è re malè intellecta aſſertio, quandoquidem *verus Tartarus Victriolatus* in liquore quovis ſolubilis (qualem ipſum neceſſario eſſe oportet, ſi quid boni præſtare debet,) in *ſupernatante humiditate* deliteſcit, & ex eo ceſſante contrarietate ſive ebullitione vel ſtrepitu per inſpiſſationem, uti dictum, vel exhalationem *humiditatis* colligitur, qui vero præcipitatur *pulvis albus* ad inſtar *Magiſteri*, (ſi ex *oleo* vel *liquore Tartari calcinati*, non *Sale ejus ſicco* conficiatur,) tantum abeſt, ut ſit veræ & optimæ notæ *Tartarus*

a Ceu docuit author supra cap. 6.

b Duæ potius sumendæ.

c Supra cap. 4. præparati.

d Istorum duorum, diversis inter se naturis purgantium, ebullitio cum calore; & tandem amica pax & coagulum.

e Vel evaporando, vel destillando.

f Ma-

---

rus Victriolatus, quin potius se habeat instar *calis fixæ insipidæ* & *inutilis*, qui neque in liquore potulento resolubilis est, sed ita immutatus persistit, non secus ut ex *Vegetabilibus* nonnullis beneficio *Olei Tartari* & *Alumine* confecta *Magisteria*, de quibus paulo ante egimus. Cum autem *liquor* peracta sufficienti instillatione *spiritus Victrioli*, subsidenti *Magisterio* vel *Calci* potius *inutili* supernatans, nihil aliud sit, quam optimus & verus *Tartarus vitriolatus resolutus, & nondum coagulatus*, quæ esset dementia eundem abjicere, aut ceu damnosum detestari? & sane, si qua ex usu *Tartari victriolati* dira quandoquidem suborirentur symptomata, utpote *vomitus enormes, cardialgiæ*, & nescio quæ mala alia, culpa ob id non statim in *Tartarum victriolatum* derivanda esset, scilicet qua talem, sive quatenus ex *liquore* supradicto constat,

f Magisterium Tartari Crollio pag. 115. *est Tartarus victriolatus, ex quo generale digestivum, ad omnes obstructiones solvendas, conficit. Ejus uncia una in libris tribus vini ebulliendo dissolvitur, hoc postea miscetur cum decocto passulato, pro lubitu, ejusque singulis diebus mane & vesperi exhibetur haustus. Vel recipe juris pulli uncias quinque, in paropside supra lentum ignem calefac, adde tartari victriolati dosin, (quæ à scrupulo semis ad scrupulos duos) &*

---

constat, sed quatenus, uti communiter fit, ex *sale Tartaro*, quod è *Tartaro impuro*, plurimisque rebus fæculentis heterogeneis, & nescio queis sordibus spurcissimis permixto, per calcinationem parato, confectus fuit. Ut itaque hæc mala evitarentur, summe necessarium esset, (quod jam toties inculcavimus,) *Tartarum* semel in aqua, mediante coctura dissolvere, & per filtrationem aut colaturam, ab inhærentibus sordibus liberare, iterumque in Crystallos redigere, atque hunc demum ita aliquatenus *purificatum Tartarum* ad medicamenta usui interno destinata seligere. Quod si fieret, non esset, cur nobis à præfatis malis impostèrum metueremus, modo etiam in utendi modo & dosi, aliisque requisitis necessariis non delinqueretur. Ita disserit *Zwelferus* Phār.Aug.pag.784.

cum cochleari argenteo move diutius, donec solvatur, & jusculum acescat.

g In obstructione renum deoppilativum certius & evidentius nullum est, quam quod ex vitriolo & tartaro conficitur. Tartarus itaque vitriolatus & specificum quoddam purgans hic omnem paginam absolvunt, præsertim si sit obstructio recens, nec ab impactis grandioribus profecta calculis, hac enim curam aliam requirit.

h Potius ad scrupulos duos.

Tartari vero Crolliani vitriolati talis exempli gratia, usus esse potest. Recipe scammoneæ unciam unam, in mortario in pulverem (pistillo prius oleo amygdalarum dulcium illito, alias enim scammonea non potest teri) reduc, extrahe cum spiritu vini partes puriores, fecibus abjectis, aufer menstruum per calorem ex balneo, & scammonea in forma pulveris in fundo manebit. Hujus grana 5. 6. 7. vel 8. cum scrupulo uno tartari hujus vitriolati exhibita, impuritates omnes feliciter exturbant. Proinde de hoc testatum facimus, quod eo ad febres, præsertim chronicas, arcanum non detur præstantius. Vel sic procede, menstruum scammoneæ tinctum funde super pulverem tartari vitriolati, & abstrahe iterum calore balnei, sic enim unitur essentia scammoneæ cum tartaro vitriolato.

Magiste-

Magisterium Succini.

Dissolve rasuram *Succini* albissimi in *spiritu vini*, ut tingatur. Post filtra, & ad dimidiam partem evapora.

Usus. Idem, qui alias olei est succini. Datur in aqua adpropriata, ad grana quindecim.

Magisterium Perlarum & Corallorum.

Dissolve corallia, vel perlas trias, in aqua, *a* valde acida facta cum spiritu victrioli, vel in aqua acida pulveris emetici, sive mercurii vitæ, digere per noctem, & super dissolutionem, prius filtratam, injice guttatim oleum tartari *b*, sic albescet instar lactis. Superfunde aquam communem, & digere, sic præciditabitur pulvis candidus, ad fundum vasis. Aqua separatur, & alia superfunditur ter vel quater, donec omnis acrimonia separetur. Tandem pulvis exsiccatur, & ad usus servatur *c*. Accipies drachmas quinque semis ex uncia una coralliorum. Potest etiam hoc magisterium parari, dissolvendo salem perlarum, aut coralliorum, in aqua communi, & superfundendo olei tartari q. s.

Magisterium hoc perlarum easdem habet vires, quas ipsæ perlæ, quæ temperie & vi-

ribus aurum valde æmulantur, ac propterea spiritus cordis vitales corroborant, palpitationem cordis, & animi deliquium tollunt; & merito omnibus cordalibus medicamentis misceri debent, appetentiam Veneris excitant, melancholiæ resistunt, dentes dealbant, vertigini medentur, memoriam confortant, & in utero, omnes parvos humores, in corpore existentes, exsiccant, & à variis morbis omnes corporis humani partes præservant *d*. De coralliorum viribus *e*, in sale eorum dictum est.

a Potius in aceto destillato.

b Per deliquium scilicet factum.

c Dosis à gr. 5. ad 15.

d De viribus perlarum videatur Crollius, pag. 162. & 163.

e Videantur quoque de his Crollius, Basil. Chymic. pag. 165. & 166. *& Anshelm. Boetius de Bodt*, cap. 154. lib. 2. de gemm.

Magisterium, Lac, Cremor † *seu butyrum Sulphuris.*

Recip. *Florum sulphuris* ℥ j. *Salis Tartari* ℥ iij. Misce, & superfunde *aquæ communis* libr. tres. Digere in arena, per diem naturalem, ita, ut sub finem aqua fere bulliat *a*, postea filtra calidè, per chartam emporeticam, & superfunde *aceti destillati* *b* q. s. Sic cremor lacteus sulphuris paulatim petet fundum.

fundum. Separa dissolvens, per inclinationem, & reiteratis ablutionibus materiam edulcora. Ultimo digere cum aqua cordiali, c & exsicca. Et sic habebis lac, sive cremorem sulphuris albissimum.

Usus. Magisterium hoc sulphuris balsamum est humidi primigenii, confortat vires naturales, sanguinem purificat, morbos pulmonum, ut tussim, asthma, phthisin *d* curat, in exsiccandis catharris, venositatibus stomachi tollendis, ischiade & podagra summopere utile. ab apoplexia, peste, lepra, & nervornm convulsionibus, præservativum egregium, hecticis etiam sua confortatione prodest. Tantum pulveris cum aquis specificis *e* commiscetur, quantum ad eas albicante colore tingendas satis est. Datur mane & vesperi cochlear unum, & ante exhibitionem acurate cum vehiculo humido commiscetur. Exhibetur etiam cum sacchararo crystallino pulverisata, & cum syrupis adpropriatis.

† *Dicitur ettiam superemmentia Sulphuris. Author alias hujus compositionis est Doctor Samuel Schlegel, Anhaldini Principis Medicus, à quo Comitem de alta Flamma hoc sibi coemisse fertur quingentis coronatis.*

a & sulphur pene omne solutum fuerit.

b Crollius affundit vinum austerius culum. α

α Præstat Oleum Tartari per delius.

c Seu spiritus vini.

d Phthisis hæreditaria difficulter curatur, imo fere nunquam.

e Vt aq. cinamomi, melissæ, lavendulæ, aq. epileptica Langii, hirundinum, vel in spiritu vini.

Hic primus modus subsequentibus duobus longe præstat α.

Aliud.

Fit etiam, miscendo sulphur tritum cum arenæ, vel vitri tusi, ana æqualibus partibus, & destillando per retortam, igne moderato, apponendoque vas recipiens, quod acetum destillatum contineat. Et sic substantia sulphuris destillata præcipitabitur in pulverem album, quem exsicca.

Aliud.

Lac sulphuris etiam parari potest, cum sulphure & arena, miscendo cum aqua vitæ, & destil-

---

α Sic ut expeditior dari non possit, ut adeo male fecerit Gluckrath, quod Crollianam præparationem hic ut excellentiorem inseruerit cum ea & laboriosa sit, & parvi fructus.

destillando in cineribus, per retortam. Valet ad cancros venereos, ulcera maligna, serpigines, lichenes, &c.

Hæc præparatio nec genuina est, nec etiam magni usus aut momenti. Fit enim aqua quidem albicans, sed intra corpus non utilis, externis potius accommoda.

Primum Ens Antimonii.

Recip. *mineræ Antimonii*, subtiliter pulverisatæ, libram unam, affunde *spiritus aceti*, in quo *Sal fusum* circulatum est, libr. quatuor. Digere simul, per mensem, in fimo, filtra solutionem, feces abjice, abstrahe per cineres spiritum aceti, & edulcora per aquam simplicem, dum in fundo restet materia duriuscula, instar lapidis. Affunde vinum cenificatum (hoc est, quod paratur, ter vel quater abstrahendo, per balneum, spiritum vini rectificatum, à sale tartari, deinde istud sal tartari ex retorta destillando in spiritum) Fac, solvatur, liquorem factum iterum abstrahe, filtra, & remanebit, in fundo, quasi salis coagulum, quod super marmore deliquescat in cella, istumque liquorem, dissolutum per se, putrefac, in balneo, per mensem. Sic paratum est primum Ens Antimonii, quo mane in aurora tamdiu in omnibus morbis utendum esse ajunt, donec capilli & ungues decidant, novi autem in eorum locum renascantur.

CA-

CAPUT XX.

De Tincturis Solidiusculis & Panaceis.

Tinctura Antimonii. α.

FAc lixivium ex *Cinere clavellato*, *Calce viva*, & *cineribus communibus*, in quo dissolve *hepar a Antimonii b*, digerendo in arena, per noctem, ut fere *c* bulliat, Tincturam *d* separa, & filtra, & si placet *e*, per acetum, in pulverem croceum præcipita, ac multis ablutionibus edulcora.

a Cum aqua communi, vel vino.

b Supra cap. 12 *factum.*

c Non fere, sed revere in cacabo ferreo bulliat, &c.

d Calidam quodammodo adhuc.

e Nam per se tinctura subsidet, licet non tam confestim.

Panacea

α *Usus.* Insigne est sudoriferum, maximè v. hydroticum Dos. ad gr. viij. in aqua cordiali.

Panacea Antimonii Cathartica.

Recip. *Antimonii bis in igne fusi* lib. unam, *Victrioli rubificati* lib. duas, tere, & misce: ac pone in retortam, cum *aceti vini destillati* unciis tribus aut quatuor, atque exige omnes spiritus, igne reverberii, per horas duodecim. Hinc phlegma, ab omni destillato, quod in recipiente est, per balneum, abstrahe. Sic oleum, instar auri flavum, in fundo vasis, remanebit.

Recip. hujus *Olei* unciam unam, *Aloes hepaticæ* uncias duas. Misce, & digere in balneo, per octiduum. Tandem fac humiditas superflua, ad calorem moderatum, exhalet, ad talem consistentiam, quæ pilulis formandis inservire possit.

Dosis est à tribus, ad quinque grana.

Panacea Sulphuris Antimonii.

Sulphur Cinnabaris Antimonii, quæ in collo retortæ, cum liquor gummosus ex duobus draconibus destillatur, subsistit, hac ratione elicitur.

Fac *Lixivium* fortissimum, ex æqualibus partibus cinerum clavellatorum, & calcis vivæ, atque in hoc *Cinnabaris Antimonii* pulverisata, inque vas terreum, aut ferreum, posita,

sita, bulliat horas tres, aut quatuor. Lixivium evadet totum rubicunuum, quod, calidum adhuc, per chartam emporeticam filtra, & Mercurium fluidum, qui in fundo vasis invenitur, separa. Post quiescat lixivium per noctem, & pulvis rubeus, qui est sulphur Antimonii, fundum petet. Hoc separa, & aqua communi bene elotum sicca.

Recip. hujus *Sulphuris* unc. unam, *spiritus sulphuris* per campanam facti, aut *Victrioli* uncias tres, Misce, & in retortam posita, digere in cineribus, triduum aut quatriduum. Post destilla ex arena, & , quod destillatum fuerit, ter cohoba, dando ignem magnum, circa finem, & tantum, ut retorra candescat, per horas tres aut quatuor. Sic habebis sulphur fixum, cujus sume unciam unam, eamque misce exacte cum drachmis duabus magisterii coralliorum.

Dosis est à decem ad quindecim grana, in morbis chronicis, quæ sæpius reiteranda.

Panacea † *Victrioli* α.

Dissolve *Victriolum cæruleum*, in *aqua pluviali* destillata calida, quam tertio filtratam, lento balnei calore, evaporare facies, donec cuticulam in superficie contrahat. Tum liquorem

α Operatio hæc minime procedit.

quorem restantem calidum projice in vas plumbeum *a*, in quo prius bacillos *b*, hinc inde transversos, per circuitum, posueris. Ita per triduum in loco frigido relinque, ut crystallos virides *c* producat, quibus separatis, liquorem restantem decoque *d*, & in eodem vase plumbeo repone, toties id repetendo, donec omnis liquor in crystallos abierit. Victriolum smaragdini coloris, his reiteratis dissolutionibus & coagulationibus summe depuratum, reduc in pulverem subtilem, quem spatio 5. vel 6. dierum, tali calore exsiccabis, ut æstivalem Solis non excedat, donec foris & intus candidum appareat. Tum dissolve in aqua destillata, filtra, quod indissolubile, abjice, coagula in vase plumbeo, exsicca in hypocausto *e*, ad albedinem, ut supra, reiterando hanc operationem, usque tertio, vel donec in dissolutione, nihil maneat indissolutum. Victriolum hoc candidum pone in matracium firmum, sigillo Hermetis munitum, quod in cineres ita calidos colloca, ut Solis æstivi calorem ne excedant. Decimo die flavescet, & vigesimo reductum erit in alcohol, instar sanguinis rubicundum. *f* Vase fracto, impone in cucurbitam altam, & superfunde *acetum, ter destillatum*, ut supereemineat quatuor ad minimum digitis. Superpone alembicum cœcum, & per quatriduum in balneo tepido digere, spatula lignea quotidie movendo Vase refrigerato, quod tinctum est, effunde, aliudque acetum reaf

funde-

funde, digere, move, ſepara toties, donec acetum tincturam ulterius non attrahat. Quod in fundo remanſerit, abjiciendum. Acetum tinctum, lento balnei calore, ad ſiccitatem deſtilla. Manebit in fundo pulvis rubicundus, quem etiam tertio in eodem aceto diſſolves, digeres, ſeparabis, deſtillabis, exſiccabis. Pulverem rubicundiſſimum pone in retortam, adhibito receptaculo grandi, dando ignem, per gradus. Primo egredietur ſpiritus flavus, poſtea rubicundiſſimus. Continuetur ignis in eodem gradu, donec appareant ſpiritus albi. Tum ceſſandum. Vaſe refrigerato, reperies in fundo retortæ, terram diaphanam, puram, candidiſſimam g, quam ſpiritibus ſupra dictis paulatim imbuens, digerendo, imbibendo, donec ſpiritus & anima proprio corpori ſint reſtituta. Tandem terram hanc benedictam in athanorum pone, in vaſe hermetice clauſo, & per quadraginta dies decoque, donec figatur. Doſis ejus à granis tribus ad quinque vel ſex, in morbis deploratis maxime.

† *Num Panacea vera detur, anxie hucuſque inter Medicos diſputatum & conflictatum. Plerique autem Medicorum æſtimant, impoſſibile eſſe eam dari propter innumeram & inexplicabilem morborum varietatem, reticendo luxationes, & alios morbos Cheirurgia egentes, ut firmiſſimis rationibus demonſtrare conatur Rulandus,* in Progymnaſ. q.51. *Verum quæſtionem hanc, pro hujus temporis tractu, hujus vel illius*

indi-

individui possibilitate & impossibilitate, metiendam non esse censemus, siquidem si ἁπλῶς eam consideremus, de ejus scilicet compositione & viribus prope divinis eminentissimis, constabit, ita ut nefas esse putemus, experimentis tot praeclarissimis reclamare velle. Quocirca Panacea res impossibilis non est. Num autem inter modernos tum Medicos Hippocraticos, tum Pseudo-spagyricos, repeviri liceat, valde & merito ambigimus.

a Plumbum enim magnam habet conglutinandi vim.

b Ligneos abiegnos, non quernos, alias enim atramenti instar nigresceret.

c Potius caeruleos.

d Ad cuticulam usque.

e Retro fornacem, vel in umbris.

f Vix tam cito hoc succedit.

g Hoc nihil est.

Panacea Victrioli ab authore proposita, pene eadem est cum Isaaci Hollandi essentia Victrioli benedicta, quam habet in opere minerali, sed, ut verum fatear, utraque praeparatio est admodum laboriosa & longissimi temporis. Neque author noster eandem unquam confecit, tantum abest, ut de certitudine ejus nos confirmare possit. Itaque ne ignoto Pelago vela ventis committamus, hac praeparatione potius supersedere, quam eandem laboriose venari velle, expedit. Nihilominus non vituperamus propositam in ea victrioli purgationem, tum etiam quomodo ex hac victrioli purgatione spiritus & tinctura elici possint, reliqua vero nullius sunt momenti. Tin-

Tinctura aut Sulphur Narcoticum Vitrioli.

Recip. *Limaturæ chalybis puriſſimæ* part. unam, *Vitrioli Cheſſiaci aut Veneris* part. duas Miſce, & pone in matracium colli brevis, ſuperque affunde acetum deſtillatum bonum, ut ad digitum unum ſupernatet. Hoc poſtea lente exhalet, ad ſiccitatem, dando ignem fortem, circa finem, ut omnia candeſcant. Hinc vaſe frigefacto, pulveriſa iſtam materiam, & ſuper eam affunde acetum novum, ut ad tres digitos ſupernatet. Quo facto, digere, per biduum, aut triduum, donec nempe acetum bene coloretur, quod poſtea decanta & aliud rurſus affunde, donec omnis tinctura extracta ſit. Tunc guttatim funde *Olei Tartari* q. ſ. ſuper acetum coloratum, donec omne ſulphur narcoticum, ad fundum ſit præcipitatum, à quo omnis acrimonia repetitis ablutionibus, ſegreganda, poſt ipſum ſiccandum, & ad uſum aſſervandum.

Inſigne eſt anodynon, & reliquis omnibus merito anteferendum, quodque Paracelſus ſummopere commendat, & magni æſtimat.

Panacea alia Famoſiſſima.

Recip. *Cinnabaris mineralis veræ* q. ſ. Redige

dige in alcohol, ſuper marmore. Poſt inde in catinum triquetrum, mediocris capacitatis, ſuper impoſito operculo concavo, circa commiſſuras bene lutato, quod operculum in medio foramen habeat exiguum. Super impone adhuc alium catinum triquetrum, & hermeticè juncturas claude. Poſtea inſtitue ſublimationem, prunis ſubjectis. Quod in ſummo ſublimatum inveneris, abjice, tanquam venenum cinnabaris arſenicale, quodque in fundo reſtat, ſimiliter abjice, utpote terram mineralem in utilē. Quod vero operculo illi adhæſerit, ſive in convexa, ſive altera parte, diligenter collige, pulveriſa, & affuſo ſpiritu victrioli, digere in loco calido, per quinque vel ſex dies. Poſtmodum effunde ſpiritum victrioli, optime edulcora. Calcina etiam parum, ut ſal ſpiritus victrioli tanto melius decedat, iterumque aqua elue. Doſis gr. ſex, ſeptem.

Panacea Solaris Diaphoretica a. *Stomachus Struthionis Paracelſi.*

Recip. *Aquæ Philoſophicæ* lib. 1. *Mercurii ſublimati* uncias duas. Miſce, & in hac aqua ſolve

a Panacea hæc ſecundum methodum datam minime parari poteſt.

ſolve *Mercurii vulgi* tantum, quantum aqua ſolvere poteſt. Diſſolutio tarde 8rocedit, ac propterea opus eſt digeſtione. polutioni adde *liquoris gummoſi* uncias duas. Miſce & deſtilla, idque bis vel ter repete, donec aqua nullas feces poſt ſe relinquat. In omnibus deſtillationibus aſcendet mercurius ſublimatus, qui ſingulis vicibus in aquam reponendus. Hac aqua extrahitur quinta eſſentia metallorum, mineralium, & machaſitarum.

Quinta Eſſentia Tartariſata, Sive Spiritus Vini Tartariſatus.

Deſtilla *feces vini exſiccatas*, in modum aquę fortis. Aquam & oleum ſepara, & ſerva. Interim feces ad albedinem calcina, quas oleo ſuprà dicto imbibe, &, ut ſupra deſtilla, & calcina, toties id opus repetendo, donec oleum fuerit clarum, ut aqua, & dulce, nec aduſtionem ſapiat. Ita habebis quintam eſſentiam tartariſatam, quæ corroſiva omnia ex metallis tollit.

Solis Sublimatio.

Recip. *Solis per Antimonium purgati, & in bracteolas ſecti*, vel ejus loco, *Solis foliati*, uncias duas, *ſtomachi Struthionis* uncias quatuor. Solve, & deſtilla per alembicum, igne forti, ſub

ſub finem, ad ſublimationem uſque, ut vitrum candeat. Vaſe frigefacto, cohoba & deſtilla, idque ter repete, ſingulis vicibus, quod ſublimatum fuerit, ſeparando. Quarto deſtilla lente phlegma, & iterum novum affunde, ad uncias quatuor, & fac, ut prius, donec tota aqua conſumpta, & omne corpus exaltatum & ſublimatum fuerit, in albedinem exaltatæ aquilæ *a*, id eſt, mercurii ſublimati. Denuo totum ſublimatum repone, cum phlegmate, deſtillando phlegma, ſine aſcenſione ſpiritus.

Mercurius Vitæ.

Fit, ut eſt in Archidoxis Paracelſi, *libro de arcanis*, cum parte una *Antimonii*, & parte una, vel, ſecundum alios, duabus *Mercurii ſublimati*. Rectificatur poſtea, & ſolvitur ſuper marmore, vel vitro, deinde congelatur, deſtillando phlegma, & modicum aciditatis, donec guttæ, in phlegma decidentes, incipiant præcipitari. Tum amoto accipiente, & alio ſubſtituto, deſtillatio igne moderato urgentur. Hoc quater repeti debet, quarto maſſa *b* erit clara & alba.

Conjunctio Solis Sublimati & Mercurii Vitæ.

Recip. *Solis ſublimati*, ſive olei ejuſdem ſupra-

ſupradicti, ſine phlegmate, partem unam. *Mercurii vitæ clarificati* partes duas, Miſce ſimul & lento igne deſtilla ſpiritus. Quod coagulatum remanſerit, ſolve ſuper marmore, tertio ſolutionem & coagulationem repetendo. Tum ſupra hanc materiam affunde duas partes *quintæ eſſentiæ tartariſatæ*, deſtillando, per alembicum ad ſiccitatem uſque, reaffundendo aliam deſuper toties, donec eſſentia dulcis deſtilletur, ut impoſita fuit. Quo facto, ſuper hujus medicinæ partem unam, affunde partes quatuor ſpiritus vini, ſine phlegmate, digerendo, donec conſumatur. Sic habebis Solis & Mercurii vitæ conjunctionem, cujus doſis guttarum quotuor, in vino albo. Prodeſt in omnibus morbis deſperatis, & quorum cauſa eſt occulta.

[Fama eſt, Rosbergium hujus Panaceæ authorem eſſe, quam ego quidem nunquam parare tentavi. Interim volui eam hic inſeſerere, ut Chymicorum judicia de ea colligerem.]

a Hoc non procedit.

b Butyrum potius erit clarum & album, de quo ſufficienter ſupra cap. 12. ſub titul. mercurius vitæ, ſive pulvis emeticus.

TYROCINII CHYMICI LIBER III. DE *Quinta Essentia.*

CAPUT I.

De Quinta essentia Sanguinis humani.



Vintæ essentiæ vocabulum homonymum est. *Interdum* significat quamvis speciem Chymicam, crassitie materiæ elementaris, corpulentisque fecibus exutam, ac opponitur magisterio, in quo tota substantiæ moles fere remanet, sed exaltata & depurata. *Interdum*, ut nos eam hic accipimus, denotat substantiam ætheream, cœlestem, ac subtilissimam, e tribus principiis cujusvis corporis misti soluti, à qualitate elementari, sensibili, corruptibili, & mortali, per varias operationes Chymicas, orbatis, & in unum, seu corpus spirituale, seu spi-

ritum corporeum, coagulatis, conflatam. Dicitur à quibusdam *Medicina*, κατ' ἐξοχὴν, ab aliis *Elixir*, ob insignes virtutes, quas, in præservatione corporis humani à variis morbis, exerit, ab aliis *Cælum*, duplicem ob rationem. Primo, quod, sicut cœlum non ex quatuor elementis, sed materia quadam ætherea, & quinto quasi elemento, factum, nec corruptioni ulli obnoxium est, ita & quinta essentia vera, ab omnibus fecibus elementorum sit secreta, ac quamvis non plane incorruptibilis, attamen ad eam subtilitatem, tenuitatem & simplicitatem spiritualem redacta, ut nihil heterogenei, à quo corrumpi possit, in se continere videatur. Deinde, quod, sicut cœlum in hæc sublunaria potenter agit, rebus omnibus vitam largiendo & conservando, ita etiam hæc quinta essentia corporis humani valetudinem conservet, juventam extendat, senectam remoretur, & omne morbi genus abigat.

Paratur autem *Quinta essentia sanguinis humani* hunc in modum. Recipe quantitatem satis magnam sanguinis virorum sanorum, in flore ætatis constitutorum, pone in vase circulatorio, justæ capacitatis, in B. M. continue bulliens, donec draco propriam caudam devoraverit, (hoc est, toties reaffunde super caput mortuum, donec pulvis maneat siccus, & nihil destillet.) Vasis refrigeratis, materiam exime, quæ instar hepatis erit, eamque in particulas scinde, & per cucurbi-
tas

tas altas, eodem balnei calore, elementum aqueum, sive phlegma, destillatione separa. Destillatum super propriam terram *a* reaffunde, & pone in B. bulliens, in iisdem vasis circulatoriis, per decem dies, ut supra, postea phlegma destillando, & propriæ terræ reaffundendo, ut supra, quinquies eundem processum repetendo, & ultimo totum phlegma destillatum reservando. Vasis refrigeratis, materiam exime, & retortæ amplæ inde, adhibito recipiente capaci, destilla ex cineribus elementum aeris *b*, igne pergradus subministrato. Nubeculis in recipiente disparentibus, ignis intendatur, ut elementum ignis, in forma olei rubri, sive purpurei, egrediatur. Sub finem sublimabit se aliquid de sale armoniaco. Vasis refrigeratis, separa aerem, sive spiritum, ab igne, sive oleo, vel blanda destillatione balnei, vel per tritorium. Spiritum, cum sale armoniaco, reaffunde fecibus, digere per triduum, & per retortam novam destilla, sub finem dando ignem, ad sublimationem idoneum, ut totum sal spirituale, vel saltem major ejus pars, sublimetur, & cum spiritu in recipiente misceatur. Novum spiritum fecibus reaffunde, digere, & destilla toties, ut supra, donec terra privetur anima, quod cognosces, quando, super laminam candentem posita, fumum non ediderit. Notandum, antequam spiritus animetur, debere eum septies rectificari, singulis vicibus phlegma & feces separando, &

partem ejusdem seorsim reservari, pro dissolvente parando, ut postea dicetur. Nigrum nigrius nigro, hoc est, caput mortuum calcina in reverberio, spatio quinque dierum, igne moderato, in vase undique clauso, donec nigredo vertatur in albedinem subflavam, & tandem in rubeum colorem. Tum terra apta erit ad susceptionem spiritus animati. Imbibe terram calcinatam proprio phlegmate, & per viginti quatuor horas, in cineribus, digere, & destilla, hoc ter repetendo. Terræ exsiccatæ da decimam partem sui ponderis spiritus animati, digere in balneo, quantum satis, postea humiditatem insipidam destillatione blanda separa. Reaffunde nonam partem spiritus animati, digere, destilla ut supra. Deinde ad octavam partem spiritus animati, postea septimam, sextam, quintam, quartam partem, tamdiu cum quarta parte imbibendo, donec terra in duplum sui ponderis accreverit. Et hoc est, quod Avicenna dicit. *Scias, quod terram oportet nutriri primo modice aqua sua, & postea majori, sicut videre est in infantis educatione. Idcirco multoties contere terram, & paulatim imbibe eam, singulis octo diebus, decoque, & postea mediocriter calcina in igne, nec tædeat te, opus multoties reiterare, quia terra fructum non gerit, absque frequenti irrigatione. Caveas tamen, ne imbibas terram, nisi paulatim, & cum longa contritione, post siccationem terræ. Unde in hoc est pondus ubique notandum, ne scilicet nimia siccitas,*

tas, vel superflua humiditas, opus corrumpant. Et in tantum decoque assando, quantum dissolutio exposcit imbibendo. Hæc Avicenna Unde etiam Geber ait, *ex multiplici ergo reiteratione imbibitionis, & assationis, major pars ejus aquietatis deletur, residuum vero per sublimationem.*

Pone itaque terram prædictam in cucurbitam altam, cui alembicum, cum receptaculo, simul adapta, rimulis luto diligenter constipatis, ne quid exspirare possit. Et da ignem cinerum, spatio duorum dierum, quousque fumus ille mundus & albus ascendat, & instar Talci, ad latera cucurbitæ hæreat. Et hoc est, quod dicit Clangor buccinæ. *Idcirco quanto magis poteris, ipsum corpus subtiliza, & cum mercurio mundo coque, cumque corpus aliquam partem mercurii in se hauserit & concluserit, ipsum subtilia igne fortiori, donec ascendat albissimus pulvis, instar nivis, adhærens spondilibus aludel. Cinis vero, in fundo manens, est fex, & scoria vituperata abjcienda, in qua nil vitæ habetur.*

Prædicti *Mercurii meteorisati* accipe unciam unam, misce cum septem unciis *spiritus rectificati*, non animati. Digere per biduum, in balneo, postea destilla per cineres, deinde per balneum, cum reiteratis cohobiis, donec nullas relinquat feces. Tandem per quadraginta dies circula. *Usus* ejus ad tincturas metallorum, & lapidum eliciendas.

Ex eodem mercurio & ejus oleo fit Elixir,

ad desperatissimos quosque morbos pellendos, in hunc modum. Recip. hujus *Mercurii* unciam unam, cui adde octavam partem sui ponderis *Olei rectificati*, decoque in Athanore, per octiduum, postea imbibe, cum septima parte, &, ut supra, decoque, deinde cum sexta parte, tandem cum quinta, toties reiterando, donec materia fiat instar syrupi spissi, nec ulterius decoctione induretur. Tum per quadraginta dies decoque, & fiat lapis rubicundus, cujus dosis gran. unum, vel duo, in liquore appropriato.

a Quæ relicta fuit in destillatione.

b Hoc est, spiritus.

c Seu terram residuam post extractam animam.

Oleum hoc debebat esse ἀφθαρτὸς seu incorruptibile, sed, hic positum tale non est, siquidem flammam concipit, ergo author hic finem non assequitur. Omnia quidem in hoc processu possunt procedere, verum cum ad conjunctionem devenietur, tunc aqua hæret,

Adjungeremus hisce, commentarii loco, præclara & admiranda nonnulla sanguinis humani insignia. Inprimis diceremus de Biolychnio illo, seu lampade vitæ, quam vocant, mirabili prorsus & ad omnem posteritatem commendabili opificio, totius Spagyricæ operationis artificio singulari, quod stupendo admodum magisterio gravissimorum in corpore humano, sed proprio, affectuum, ac mortis denique ipsius, indicem in sese continet, diceremus præterea de cura morborum de-

deploratissimorum magnetica, ex mumia sanguinis hominis ægrotantis desumta, sed quoniam talia à Iohanne Ernesto Burggravio jam publici juris facta sunt, in libello Biolychnii, curis secundis auctius edito, anno 1611. *Franckeræ, apud Dominicum Balck, Lectorem eo remittimus.*

CAPUT II.

De Quinta Vini Essentia.

POne *vinum generosum a*, per mensem in ventrem equinum, vel ejus vicarium, in vasis circulatoriis, justæ amplitudinis. Postea destilla in B. M. spiritum in cucurbitis altis, quem quater rectificatum, singulis vicibus separando phlegma, septies adhuc destilla, ita, ut ex libris quadraginta vini, unam separes spiritualiorem (nam quod inter spiritum & phlegma destillatur, aqua ardens est) Spiritum, in vase vitreo semipleno, probe obturato, ne exspiret, serva loco frigido. Interim phlegma destilla residuum, usq; ad mellis liquidi consistentiam. Quod prolectum est, redde fecibus, & iterum lento balnei calore tres partes evoca *b*, deinde cucurbitam exime, & pone in locum frigidum, ut crystallos producat, quos, ab omnibus sordibus elutos, toties dissolves *c*, & coagulabis, donec aquæ limpidissimæ gla-

ciem æmulentur. Interim si oleum pingue, & combustibile, è vino quæris, phlegma à crystallis separatum in B. M. usque ad mellis liquidi spissitudinem destilla, postea in retorta per arenam pelle. Aqua oleo flavo mista prius egredietur, deinde oleum rubrum, ultimo resina. Crystallis minutissime tritis superfunde spiritum superius servatum, digere in B. M. per triduum, postea in arena destilla, toties eundem processum repetendo, donec spiritus perfecte propria anima impraegnetur, & corpus plane aridum, super laminam candentem positum, fumum non edat. Tum corpori *d* prius, ut artis est, calcinato superfunde octavam partem sui ponderis spiritus animati *e*, digere & destilla, ut prius, deinde da sextam partem spiritus, postea quintam, deinde quartam, toties cum quarta parte continuando, donec major pars corporis, super laminam candentem posita, in auras abeat. Tunc impletur, quod Morienus dicit. *Hoc quoque te scire decet, quod anima cito corpus suum ingrediatur, quæ cum corpus suum ingrediatur, quæ cum corpore alieno nullatenus conjungi potest.* Habito hoc signo, vasi superpone antinotorium, & da ignem cinerum, spatio duorum dierum, donec sulphur vegetabile *f* spondilibus vasis instar Talci adhæreat. Hujus sulphuris accipe unciam unam, spiritus puri uncias 5. Misce & digere per diem naturalem, deinde destilla in cineribus, cum cohobiis, donec totum corpus

pus aſcenderit. Tunc bis per balneum bulliens deſtilla & per ſexaginta dies circula, ſeparataque hypoſtaſi, quæ circa fuudum Pelicani hærebit, ſerva quintam vini eſſentiam, ad infinitos morbos curandos, tam interius, quam exterius uſurpandam.

Poteſt etiam hæc quinta vini eſſentia breviori tempore perfici. Imò cum hæc ederem, præſentibus & ſpectantibus quibuſdam meis diſcipulis & amicis, ſpatio quinque ſeptimanarum eam abſolvi, & auri tincturam rubicundiſſimam eadem elicui. Multæ n. ſunt viæ, teſte Gebero, ad unum effectum & unum intentum. Non poſſum autem ſatis mirari hoc loco, ſpiritum vini Gallici aut Germanici circulatum, mirabilem illum odorem nō referre, quem Baptiſta Porta vino Neapolitano tribuit, his verbis. *Tunc reſera oſculum, & ſi foras mirabilis fragrantia manabit, cui nulla* res *comparari porit, ſcito, te optimum finem aſſecutum. Quod ſi odor vel color non reſponderit, recl:ude vas, & iterum ad circulandum repone, donec ſignum aſſequaris.* Atqui nec Italicus vini ſpiritus teſte Rubeo, tali præditus eſt odore. Ille n. *cap. ſecundo ſectionis ſecundæ, libri de Deſtillatione,* in hunc modum ſcribit. *Vtinam viveret nunc vir clariſſimus, Medicuſque præſtantiſſimus, Euſtachius Sancto Severinus. Is n., ut de me taceam experientia ipſa, quam fecerat diligentiſſime, teſtari poſſet, aquam ardentem, ſi non menſe ſolum integro, ſed duobus, atque etiam tribus menſibus, imo vel anni toto*

circulo, ut Raimundus præscribit, ageretur, ad id odoris suavitatisque nunquam perventuram, ac potius calidiorem indies, acrioremque fieri, ut quisquis velit facile potest experiri, & ratio ipsa, ab igne ac motu desumpta, persuadet. Quamquam illud non absolute de aqua ardente simplici ac pura, ut posteriores putarunt, Raimundus intellexit, sed de ea, in qua dissolutum fuerit metallicum corpus. Canone enim secundo primi libri sic scribit. *Hæc vero quinta essentia, sic circulo acta & rectificata, non illo prædita odore fuerit, nisi corpus sit destillatum in ea.* Unde constat, Portam talem quintam essentiam vini, non è fornaculis, sed ex scriptis Lullii & Rupescissæ, male intellectis deprompsisse.

a Quale est Hispanicum.

b Ut quarta pars maneat.

c In phlegmate vini rectificati.

d Ipsi, seu sali, per ignem rotæ ad albedinem usque.

e Et levi calore balnei destilla, prius digerendo, prodit solum phlegma insipidum, postea adde septimam partem spiritus animati.

f Hoc est, terra foliata alba.

Nota *Barthii.*

Quintam vini essentiam Beguinus, qua se rubicundissimam ex auro tincturam extraxisse, hic profitetur, compendiose ita parabat.

Accipiebat pintas vini Parisiensis *quatuor, quas, duabus cucurbitis præaltis infusas, per octiduum putrefaciebat, frigefactasque postmodum in unam cucurbitam effundebat, &, ex balneo roris, spiritus vini generosioris vitra quatuor communia prolectabat, quorum singulis reaffundebat pintas vini recentis quatuor, Sic n. non opus est putrefactione vini, quia spiritus, propter similitudinem, allicit & educit spiritum, & ex diversis cucurbitis destillabat, atque ita pergebat, semper spiritualissimam vini partem novo vino affundendo, & spiritualiorem inde rursus eliciendo, donec ex triginta sex pintis retineret spiritus selectissimi quatuor, cum dimidia, quas rectificabat tribus rursus vicibus, ut quartam cum dimidia relinqueret. Quanquam vero iste vini spiritus jam adeo subtilis erat, ut, cum in cucurbitam infusus esset, in momento quasi, indicia ejus adscendentis adparerent, nihilominus tamen illum novies adhuc rectificabat, spiritualiorem ejus partem semper destillando, ut ita tandem, ex triginta sex pintis, duas circiter libras spiritus dulcescentis separaret, & in fundo libra una semis aquæ ardentis, phlegmate omni destitutæ, remaneret.*

Interim phlegma, quod ex destillatione ultimarum octo pintarum exceptum asservarat, ad mellis liquidissimi consistentiam destillabat, eique phlegma destillatum reaffundebat, & rursus, donec oleum supernataret, destillabat. Quod ubi abstractum erat, si liquorem per inclinatio-

nem effudisset, & postea destillasset, oleum inde extraxisset rubrum & flavum. Ipse autẽ tum superfundebat aquam, & illam oleaginositatem cum aqua separabat, remanentibus, in fundo, cryſtallis, vel ſale, ſed pauco. Quia vero nobis ſatis erat, vidiſſe illos cryſtallos, & alias etiam multo labore opus fuiſſet, ad iſtas in ſufficiente copia parandas, ſubſtituebat illis cryſtallorum tartari albiſſimorum, novies nempe rectificatorum, uncias ſex, eas retortæ vitreæ imponebat, illique matracium ſatis amplum, in quod ſpiritus vini ſpiritualiſſimi libram unam ſemis infuderat, Hermetice adjungebat. Atque ita ſpiritus ſalis, anima nempe, ex retorta, in ſpiritum vini, qui in recipiente erat, igne cinerum tranſibat, audiebaturque in vitro nubilo aliqua cryſtallorum tartari decrepitatio. Exibant autem ſpiritus, ex retorta, valde celeriter, &, quod mirum, vas recipiens non replebant. Forte propterea, quod ſpiritus animam attraheret, (unde ei in recipiente quaſi innatare videbatur) eaque ſufficienter animatus, poſtmodum eam dimitteret. Vbi is enim ſatur erat, recipiens à ſpiritibus, ex retorta egredientibus, facile replebatur. Spiritus autem per ſuperiora retortæ conſpiciebatur, egrediebaturque etiam liquor acidus, & oleum ſummitati retortæ adhærebat, tranſiturum etiam, ſi major ignis fuiſſet adhibitus. Sed ſatius erat, ne adſcẽderet. Vt vero duo illa principia melius unirentur, præſertim cum caput mortuum non ſatis eſſet nigrum, eximebat id retorta, & imponebat in cucurbitam, (Sic enim

ſpi-

spiritus, velociter exeuntes, majus habent spatium, quam cum ex retorta in matracium destillantur) eique omnem spiritum tartarisatum superfusum, igne cinerum, destillabat. (Nota, destillare quidem, sed lente, etiamsi bulliat. Quod si autem ponatur in B.M. bulliens, cito quod mirum transit, sed sal una non adscendit.)

Tandem sal, ex fecibus relictis, per calcinationem, fuisset eliciendus, reliquisque duobus principiis, spiritui & animæ, tanquam corpus, adjungendus. Sed ut labore isto sublevaretur, (Quamvis solvens multo evasisset potentius, si nigrum nigrius nigro, in fundo retortæ remanens, posuisset in vitrum, & hoc in ollam, aut aliud vas terreum, bene clausum, idque horas triginta, igne vehementissimo, ad aliquam albedinem reverberasset, & postea cum eo spiritum vini animatum ex arena destillasset) loco illius, sumebat tartari albi, calcinati, sicci, albi, (alii sal tartari commune fixum substituunt) uncias sex, iisque superfundebat spiritum vini prædictum, in cucurbitam parvam, & ter, ex cineribus, (forte tamen melius fuisset, si quidem ipsum capitis mortui salem non sumpserat, si hoc decies repetiisset, & quidem ex retortis) destillabat, semper spiritum super feces reaffundendo. Tandem spiritum per se destillabat adhuc bis, in balneo, ut, si quæ feces adessent, in fundum deponeretur.

Hinc recipiebat auri, bis per amalgamationem calcinati, drachmam unam, cumque super ea parum aquæ ardentis, quæ inter spiritum & phlegma

phlegma exstillarat, bis combussisset, quintæ tandem essentiæ unciam unam semis superfundebat, quæ posteaquam ita, per viginti quatuor horas, in arena mediocriter calida stetisset, rubicundissima evasit. Num vero ea, genuina auri tinctura esse potuerit, lector benevolus judicet, Ego quidem jam tum, cum clarissimo Viro, Dn. Casparo Gesc'kio Silesio, qui, in hanc quintæ essentiæ præparationem, sumptus mecum erogabat, valde dubitabam. Interim tamen gratum nobis erat, tum vidisse elegantissimam vini in sua tria principia resolutionem, eorundemque rursus, in unam subtilissimam & cælestem plane essentiam, compositionem.

CAPUT III.

De Quinta Coralliorum Essentia.

PRimo destillanda est magna *aceti* acerrimi *a* quantitas, cum separatione phlegmatis, ad hoc opus inutilis, novum, singulis vicibus, super priores feces destillando, donec centum circiter libras aceti per B. optime rectificati habeas. Requiruntur etiam triginta ad minimum libræ *coralliorum rubeorum*, in pulverem subtilem redactorum, matracia item plurima, ampla, colli prolixioris, quibus singulis libra una coralliorum imponatur, acetum paulatim, & per vices, propter nimiam ebullitionem, affundendo,

dendo, donec ad quatuor aut quinque digitos fupereminineat, perque diem naturalem in B. digerendo, ufque dum acetum dulcefcat, & colore flavo imbuatur. Tunc menftruum decantandum, novum reaffundendum, donec diffolubile diffolum fuerit, Menftruum *b* per B. ex cucurbitis altis repetatur *c*, & ad fingulas falis libras, unciæ duæ aceti *d* affundantur, & deftillentur, deinde unciæ quatuor addantur, poftea fex, ita paulatim, & per vices, agendo, tandemque infufiones, de uncia in unciam minuendo, donec acetum tam acre, atque impofitum fuit, deftilletur. Phlegma omne infipidum deftillatum affervandum. Salia *e*, fale aceti armoniaco impraegnata, in vapore calentis balnei fermentanda ibidem, donec odor gravis, & color ater appareat, relinquendo, quæ veræ putrefactionis funt indicia. Cumque hæc apparuerint, falia refoluta calide in retortas imponenda, eo quod ftatim in frigido concrefcant, & per balneum vaporofum, vel cineres, phlegma feparandum, donec vapores, five fumi albi, confpiciantur. Tunc ceffandum, & deftillatio per arenam, in reverberio claufo, continuanda, ufque dum omnes fpiritus egreffi fuerint, & oleum rubrum, fanguinis inftar, guttatim effluxerit. Feces fervandæ ad ufus, ut poftea dicetur. Liquores omnes deftillatos odoratiffimos, & inftar aquæ ardentis *f* flammam concipientes, pone in cucurbitas altas, & lento balnei calore à phle-

à phlegmate separa, & loco frigido,in vitris probe obturatis, serva, postea igne aucto, phlegma urge, & ab oleo separatum ad usus repone. Interim feces superius reservatas calcina in Athanore, spatio quinque dierum, in vase undique clauso, uti Geber, *libro primo Summæ, capite quinquagesimo*, sequentibus verbis docet. *Modus itaque calcinationis spirituum est, ut, eis ad fixionem approximantibus, administretur ignis, successive, & paulatim illum augendo, ne fugiant, quousque maximum eos tolerare ignem, contingat, & vas eorum sit rotundum, vitreum, bene spissum, ne fundatur, undique clausum*, & ut inquit Lullius, ne inflammationem præbet, Aut, secundum Alphidium, spiritus dispergantur per aera, quod quæritur enim, non fieret. Postea vase aperto detur ignis per gradus, ut feces nigræ, cineritii coloris, fiant, è quibus sal eliciatur, cum phlegmate priori reservato, quod filtretur & coaguletur. Postea eundem salem dissolve in phlegmate posteriori servato, donec purum evadat, quod calore moderato exsiccari debet. Hujus salis recipe uncias duas ℥, digere in B. per triduum, postea levi B. calore destilla aquam insipidam, quam seorsim serva. Reitera eandem operationem, donec sal, in duplum sui ponderis, proprio sale armoniaco imprægnetur, & augeatur, vel etiam paulo plus, vel donec spiritus tam acer & fortis destilletur à suo sale, atque cum impositus fuit. Tum sal in vase

vase idoneo pone ad sublimandum, in cineribus, spatio duorum dierum, dando ignem, per gradus. Ita sublimabitur ad latera vasis materia candidissima, instar nivis, quæ dicitur verum Philosophorum sal armoniacum. Hujus salis armoniaci recipe unciam unam, *h* spiritus rectificati unc. quatuor. Misce simul, & per biduum digere, deinde destilla, cum cohobiis, donec totum sal cum spiritu ascenderit. Hæc materia triuna *i* circulari debet, donec exaltatio voto respondeat *k*. Sic habebis quintam coralliorum essentiam, cœlestem substantiam, ab omni fece terrena immunem, mercurium vegetabilem & mineralem, clavem Philosophicam, solidissima *l* quævis corpora aperientem, ad medicamenta virtutum admirandarum paranda, modo omnibus veris Philosophis noto.

a Vt in salis corallorum præparatione, eorundemque magisterii confectione, supra cap 17. & 19. aceti etiam acerrimi loco menstrui adhibitionem minimè formidandam esse ostendimus, sic nec hic erosionem aceti veremur, utpote ex Galeno ipso edocti, multa ejusmodi intra corpus tuto propinari, quæ foris corpori admota & rubefaciunt, & erodunt, & crustas inducunt.

b Id est, decantationes omnes.

c Ac relinquitur in fundo sal, qui est corpus corallorum per acetum solutum.

d Recentis acerrimi.

e Corallorum nempe.

f S*i*

f Si cum isto spiritu ardenti corallia alia pulverisata conjunxeris, & in calido aliquandiu reliqueris, extrahitur tinctura corallorum vera, quæ postea à menstruo hoc separata, inque liquorem reducta, egregium est mundificativum sanguinis, dosis gutt. 3. vel 5. ad 10. usque. Melius vero procedit extractio, si corallia prius cum sale petræ calcinentur, & diu continuentur, ac dein à sale petræ per ablutionem liberentur.

g Et spiritus ardentis drachmam semis,

h Ardentis scilicet.

i Saltem est biuna.

k Id est, clarissima evadat.

l Scilicet gemmas, crystallos, corallos, &c. non metalla.

CAPUT IV.

De Quinta Perlarum Essentia.

DIssolve margaritas in aceto destillato, post filtra, & evapora acetum, ad siccitatem, salemque exacte depura, reiteratis in aceti spiritu dissolutionibus, filtrationibus, & coagulationibus. Quo facto, separa salem aceti à sale unionum, dissolvendo eum in aqua pluviali, aliquoties destillata, hinc aquam per destillationem repetendo. Post super hunc salem, ita purificatum & siccatum, funde bonum vini spiritum, ut ad duos digitos supernatet, & digere in balneo,

neo, per octo ad decem dies, intra quod tempus spiritui vini innatare videbis essentiam perlarum, instar olei spissioris, quod separa, & super salem, qui restat, recentem spiritum vini affunde, donec quasi totus sit in essentiam redactus, abjectis fecibus haud multis, quæ in fundo vasis manserunt. Tandem circula hanc essentiam, cum spiritu vini, dies quindecim, & destilla, per reverberium clausum, repetitis cohobationibus, donec omnis essentia per retortam exeat, quæ à vini spiritu separata, custodiri debet, instar thesauri pretiosi, quandoquidem vires deperditas senibus & reconvalescentibus egregie restaurat.


Dosis est, ab octo ad duodecim guttas.

Hæc operatio ejusdem valoris est cum præcedentibus, scilicet parvi momenti.

F I N I S.

INDEX

Tabula ad finem operis inserenda.



Operationes Chymicæ principales duæ sunt

- Solutio, quando corpus in tria principia, Sal, Sulphur, Mercurium, recluditur, quæ duplex
  - Calcinatio, quæ est corporis in calcem solutio, fitque
    - Corrosione, quæ est calcinatio misti per res corrosivas, fitque
      - Amalgamatione, quæ est corrosio metalli per mercurium.
      - Præcipitatione, quæ fit per aquas fortes.
      - Stratificatione, quæ etiam Cementatio dicitur. Estque corrosio metalli per pulveres corrosivos, faciendo Stratum super stratum, cui affinis est commixtio, quando corpus corrodendum cum pulveribus corrosivis commiscetur.
      - Fumigatione, per Fumum Mercurii vel Saturni, aquas fortes, acetum.
    - Ignitione, quæ calcinatio per ignem, estque
      - Cinefactio, redactio in cineres, fit igne violentiore, & est corporum vegetabilium & animalium.
      - Reverberatio, est calcinatio in furno reverberii igne vivo.
      - Huc pertinet deliccatio humiditatis nativæ, ut in sale, vitriolo, alumine.
  - Extractio, quando partes mixti subtiliores à crassioribus separantur; Estque sic dicta vel
    - Generaliter, fitque
      - Ascensione estque
        - Sicca, Sublimatio partium subtiliorum siccarum in sublime elevatio.
        - Humida, Destillatio partium humidarum in halitus extenuatio atque elevatio, quæ est vel
          - Recta, quæ fit per alembicum aut vesicam
          - Obliqua, quæ fit per Retortam.
          - Huc pertinet
            - Rectificatio.
            - Cohobatio, quæ est repetita destillatio.
      - Descensione, estque
        - Calida
        - Frigida, quæ
          - Filtratio per
            - Fritorium
            - Cartam Emporeticam.
            - Manicam Hippocratis.
            - Lacinium.
          - Deliquium.
      - Modo, inter medio, idque
        - Digestio quæ etiam Maceratio dicitur, fitque quando res calore digestivo, ut cibi in ventriculo, coquuntur seu maturantur.
        - Putrefactio, quando mistum putrefactionem naturalem, humore siccum terminans vincente, & externo calore fortius operante quam internus, resolvitur.
        - Circulatio, quæ est liquoris ab Elementis depurati in pelicano per varias circumvolutiones, aut rotationes, quibus impuritates residuæ prorsus aufferuntur in gradum præstantiorem conversio sive exaltatio.
        - Huc refertur Fermentatio, quæ est exaltatio rei in substantia, per quam, mediante digestione, calor agens exsuperat, inque naturam suam vertit patiens.
    - Specialiter, quando è mixto partes subtiliores & nobiliores à menstruo aliquo apprehensæ, elementari crassitie relicta in fundo, extrahuntur.
- Coagulatio, quæ fit
  - Exhalatione, seu Evaporatione.
  - Coctione.
  - Congelatione.
  - Fixatione, quæ fit vel
    - Medicinæ fixæ additione.
    - Misturis.
    - Sublimationibus, sæpe repetitis.
    - Clementis & cæteris pro cujusque rei naturæ.

INDEX
CHYMICARUM
OPERATIONUM,
Et quæ eo spectant.

A.

Ens

The-

Metal-

C.

Caryaphil-

Coral-

D.

E.

I. *Igni-*

I.

L.

M.

Mellis

N.

O.

Sul-

P.

Q.

R.

Tin-

S.

Essen-

Tal-

T.

Coral-

V.

Oleum.


FINIS.

ERRA-


E R R A T A

Typographi incuria quæ irrepserunt, parvi licet momenti sint, & vel à Medicinæ tyrone facile emendanda, sic corrigere placuit,

Pag. 14. Lin. 28. Rhabarbari. 31. lin. 21. quę. 22. altero. 25. in fine, Ignitione. 37 l. 2. vivum. lin. 7. vitteræ. 40 lin. 14. corrosivo. 42. l. 26. medio. 46. l. 4. sic. 50. in fine, sublimatoria. 60. circa finem, sese adjungentis. 51. l. 21. cellam. 75. l. 10. coloratum. 79. l. 15. falsa. lin. 19. dele per. 80. l. 14. Boli. 89. circa finem, Salis. 92. licet egregia satis sit. In fine dele &. 96. lin. 16. rasura, replendam 19. amplum. 20. spirituosæ. 26. terve. 111. l. 25. exeuntes. 113. l. 11. in. 118. l. 8. sulphur. 119. l. 21. quod. 126. exsiccatos. lin. 5. à fine Remanente. 131. lin. 19. Clar. 1. l. 22. antea. 122. in fine summæ. 135. lin. 21. destillationem. 178. lin. 4. sale 147. lin. 23. irritos. 149. lin. 7. vires. 115. l. 2. peste. l. 5. difficili. In fine, pro 157. l. 1. Hemicraniam. 158. lin. 19. comminui. 160. l. 29. Satis. 170. l. 13. ad Balsamorum. l. 24. Ceræ. 171. l. 8. quæ. 182. l. 25. misceantur. 183. l. 2. succotrinæ. l. 10. Borraginis. 185. l. 8. Kuhlende. 185. & 188. *α*. Nota has Notas ex *Zvvelfero* desumptas esse, quæ extractum ellebori, & panchymagogum spectant. 188. lin. 15. patescat. lin. 25. conquassato. l. 26. omissis. l. 27. perlæ. 190. lin. 10. Cinamomi. 195. l. 12. dissolvente. 199. lin 4. abest 203. l. 14.



203.lin.14.ſudoris. 207.lin.13. circulari.208. l.21. parandi. 221.l.22.ignitur. 227. l.15. obſervavi.l.17. communico. 229.lin. 18. crudi. 233.l.29.ſumunt. 262.l.17.orificii.l.28. digitis.277.l.6.quatuor.301.l.18.digiti.l. 19.ſitu. l.26.impleta 304.l.26.tum.321.l.8.Coralliorum.lin. 9. corallia.lin.25. comburatur.326. grilla.340.lin. 30. pro crucibulo pone *Cucurbitæ*.342.l.18.circulentur.348.lin.9. digeſtio. lin.24.ne ignis ſit nimius. 373.lin.ult. per deliquium.378.l.2.rubicundum.384.lin.2. procedit.lin.3.ſolutioni.



FINIS.

